Atqui in Scr. ē PP. agitur de oeconomia præsenti, i.e. supposito peccato orig: voluntas eni prædicatur Redemptoris ē Reparatoris - ergo term: præ quo dicitur voluntas antecedens univers: nō pō intelligi prævisū peccatū orig: nā eo supposito adhuc manet univers:

1o Quodsi supposito peccato orig: voluntas salvif. manet adhuc conditionata ē univers: nō pō aliquis terminus intelligi quā finalis status s. gratiæ s. pœnæ

46

a) universali illa voluntas salvifica describitur, ut ad oes hoes pertineat, donec sint in via

b) quoad infantes praeter finale statu s. gratiae s. poenae nō datur aliq terminq distinctionis inter voluntate quae supposito peccato orig. vult salute oīu interq voluntate quae multoq ex iis nō salute vult, sed exclusione a salute.

In genere igitur dici pō terminu esse eunde quoad infantes e quoad adultos.

2° In concreto aute magnu exsistit discrimē. Vā adultoq tu justificatio tu perseverantia nō pō esse absq libera eoq cooperatione.

Unde voluntate antecid: nō intelligitur Deq velle oīu salute, quia oībq media necessaria praebeat. Itaq terminq in adultis prae quo dicitur voluntas antecedens, includit etiā praevisu boni v. mali usu liberi arbitrii.

Infantibus vero nulla libera e cooperatio, justificatione adipiscuntur per solu baptismu, absq ullis suis actibq, perseverantia vero mere passiva e (gratia mortis pō ~~suscepta~~ sacr.)

Hinc quoad infantes requit intelligi antecedens voluntas salvif. qua applicentur iis merita Chi per baptismu.

Mors haec per se spectata naturalis quide e, spectata vero in complexo (mors in statu gratiae) beneficiu e intrinsece supernatu: (includens gratia supernatu:) i etiā beneficiu extrinsece supernat: e qua ordinetur ad fine supernatu: assequend

Profecto Deq nō vult baptismi applicatione quoad oes infantes voluntate antecedente abso: (sec. tota sp... tentiae suae amplitudine) neq voluntate conseq: ergo tali voluntate nō vult oīu infantiu salute

Si igitur vult applicatione baptismi pro oībq infantibq sub aliqua conditione, hujq conditionis praevisa s. adimpletio s. ~~frustratio~~ omissio terminq erit, prae quo voluntas baptizationis discernenda erit in antecedente e consequente.

Patet hanc ~~cooperat~~ conditione esse nō posse libera infantiu cooperatione, sed erit in causis sec: quae applicatione baptismi v. possibile reddunt v. impediunt. Sunt a) quae immediate v. mediate pendent a liberis voluntatibq aliorq hou

b) effectq qui in praesenti oeconomia ex causis phys: naturaliter consequuntur

Deq vult baptizatione infantiu, quatenq causae sec. tu morales tu phys: nō obsistunt - consequenter ad praevisione harc actionu Deq nō vult ordine praesente immutare morteq sine baptismo ex naturae legibq permittit sicq nō vult voluntate conseq hoq infantiu salute. -

3° Hanc Dei voluntatē antecedentē, licet conditionatā ita, ut conditionis impletio nō pendeat a libera infantium cooperatione, nō esse merā complacentiā sed verā erga oēs salutis prosecutivā voluntatē, inde patet q.

a) Praeviso peccato orig: Deus ē voluit reparationē generis hum: ē Filiū suū misit ad eā perficiendā. Hic se obtulit pro peccatis omnium s. totiq mundi: ergo etiā pro infantib9. Hinc etiā sacr: i.e. applicatio meritoꝝ Chri destinata ē orbi, nō exceptis infantib9 – atqui hujusmi voluntas div. nō mera complacentia ē, sed voluntas actuosa ergo talis etiā ē voluntas Di. erga oēs infantes.

b) Sacr: applicationē Deus haberi vult nō immediate per se, sed per causas sec. idq nō absolute, sed quantū causae sec: nō impediunt.
Inter has causas sunt liberae hom voluntates, a quibus pendet applicatio sacr: saltē quoad plurimos infantes. Deus ante voluntates hom ad h. specialiter multis modis adjuvat – tamē permittit, ut mala hom voluntate infantes nō adipiscantur salutē.
Si igitur quoad multos infantes nō intelligimus quo Deus antecedente voluntate eoꝝ salutē prosequatur, idē dicendū erit de iis quoq casib9, ubi Dei providentiā nō intelligimus.

Graves theol: docent velle Deū oēs infantes ad salutē admittere, quatenus liberae hom voluntates i. concedant – videlicet conditionē, sub qua Deus vult om parvuloꝝ salutē ad unā liberā hom cooperationē revocant.
Haec tamē sententia quamvis pia sit neq analogiae fidei refragetur, nō tamē necessariā esse putamus ad defendendā nostrā thes:

c) Nā praeter hom etiā causae sec: ordinis phys: considerari debent, quae juxta comunes leges Provid: collationē sacr: v. possibilē reddunt v. impossibilē. Inde consequ aliquando mors infantium ante susceptū baptismū, independenter a libera hom voluntate. H. tamē nō repugnat antecedenti voluntati universali, sed conditionale, quantū generali ordo reꝝ sapienter ē juste instituto, permittit; ~~Hoc~~ probat tantū, in Deo nō esse voluntatē absol: salutiferā. Nimirū salutē om infantium, qui moriuntur in peccato orig: Deus antecedente voluntate vult sec: providentiā comunē, nō tamē providentia speciali illis vult consulere.

Providentiae enī 3 potissimū officia incumbunt: unicuiq rei finē statuere; praebere media sufficientia; cinere, ut res unaquaeq mediis illis sec. exigentiā naturae suae utatur.

Th. 53 (seq)

Plenā ē lucidā nostræ doctrinæ expositionē ē comprobationē invenies ap. Auct. De vocatione gentiū lib. II, quē Gelasiꝰ Pp appellavit magistrū Eccl: (in opusc. con. Pelag) Cū h. auctore consentit S. Fulgent. de verit. prædestin. I. 9-11, h. tamē discrimine intercedente, ut ille pro scopo suo sibi proposuerit declarare qualis sit voluntas salutf: ad oēs pertinens, hic vero, Augꝰ sequens, h. potissimū agit, ut gratiā (prædestinationē) demonstret gratuitū beneficiū esse, nō meritis naturalibꝰ acquisitū. Aliis vero in locis, ubi voluntate antecedt condit: considerat, plane cū altero auctore consentit. c. 10. n. 21.

Schol.

Ad difficultates repellendas curand ē
a) ut nō confundatur voluntas absol: cū condit:
b) neve falsa admittatur suppositio, nullā dari in Deo voluntate conditionata salutis, nisi conditio pendeat a libera voluntate hom.

Q. conditio nō pendet a libera infantiū voluntate, probat quidē, donū gratuitū visionis beatif. nō esse in libera potestate infantiū; nō probat, nullā esse in Deo voluntate iōs h. donū concedendi; quatenꝰ leges ordinis generalis nō sunt impedimento.

Inde etiā conseq salute æternā nō esse infantibꝰ meritoꝝ mercedē ac coronā, sed gratuitū donū respondens gratiæ sçis infusæ.

Porro seq: infantes damnari ad privatione finis supernat: (visione beatif:) nō vero poena sensꝰ, quæ solis male meritis retribuitur.

Aug. vero dicens benē meritis fidelibꝰ nō concedi, ut eoꝝ filii cū ipsis sint in regno cœloꝝ, si postquā sine baptismo exierint ex hac vita, nō contrariū nobis docet (Op. impf. con. Jul. VI. 12. De Grat. ē lib. arbitr. 44) nā probare sibi proposuit, baptismū esse beneficiū gratuitū, minime vero negat, Deū antecedente voluntate condit: hanc gratiā oībꝰ destinare. Tū etiā meritū de condigno negat; enumerat aliquā parentū studia ē industrias, nō ante dicit, nulla ab ipsis positū fuisse impedimenta. Tandē nihil dicit de ordine phys: qui etiā impedimenta sua affert — ubiꝰ vero nō de voluntate antecedente condit: agit sed de voluntate conseq. ē de ea, quæ in actu 2° effectū producit. —

Sectio V.

De voluntate Dei salvifica.

Cap. 3.

De voluntate salvifica consequente et de praedestinatione.

Art. 1.

Reprobatio nō antecedenti, sed consequenti Dei voluntati attribuenda ē.

(Th. 54. 55.)

Th. 37.

Nulla datur reprobatio positiva antecedens praevisione peccati.

I. Primu exponendae sunt impia commenta tu supralapsariorum quam infralapsariorum, ut tandem appareat, quid reprobatio nō sit: quo facto faciliq quid sit intelligemus.

1° Calvinus haec fere docet de praedestinatione ac reprobatione – Instit. III. c. 21–24.

a) Hoēs alios creari ad vitā aeternā, alios ad aeternā poenā: hujus ordinatio inerat in mente div: antequā Adamū crearet.

b) Ordinatio ad morte nō conseq. peccatū, sed contra ē peccatum orig. ē generis hum. lacrimosa ruina consequuntur anteced: div. praedestinatiōnē multorum ad aeternā morte.

„Deū nō m° primi hoēs casū ē in eo posterorum ruinā praevidisse, sed arbitrio quoq suo dispensassē" c. 23. n. 7.

c) Exequitur ante Deus h. decretu suū ita, ut voluntate sua quae rerum necessitas ē †, antecedenter electis praebeat fidē ē justificatiōnē, antecedenter vero reprobatis oēs gratias deneget ē ad impietatē obduret. Fides ante ceteras dona supernat: in electis nō meriti ratiōnē habeant, sed symbola sunt ac manifestatio ejus quae praecessit, electionis. Itē in reprobis peccata signū sunt damnationis.

† ita d. Aug. quoq loq. at intelligens voluntatē quā res eo m° fiunt, quo Deus eas creavit (Gen. ad litt. VI. 15)

Nonnunquā considerat Calv: etiā causā proximā quae ē naturae pravitas ē peccandi dira necessitas, per orig. peccatum inducta. Immerito tamē inde conjicitur Calv: fuisse postlapsarium, q. ex his verbis aperte intelligitur:

„Q. sibi patefacto Dei verbo nō obtemperant reprobi, probe i. in pravitate cordis eorum rejicitur, m° simul adjiciatur, ideo in hanc pravitatē addictos, quia justo, sed inscrutabili judicio suscitati sunt ad gloriā ejus sua damnatiōne illustrandā." Instit. III c. 24. n. 14: – cf. c. 23. n. 9. –

Manet igitur horrend. spectaculū, hoē impiū ac perversū causā peccatoris proximā in naturae corruptione posuisse, causā vero supremā praedestinationis s. ad morte s. ad gloriā sempiternā in D. O. M. rejecisse.

2° Infralapsariorum dogmata in synodo Dordracene a Gomaristis (Contraremonstrantibus) adv. Arminianos (Remonstrantes) annis 1618. 1619 declarata sunt. Cū iis multis in rebus consentit Jansenius (Augustinus P. iii. De Grat. Christi l. X. X)

a) Decretu electionis v. reprobationis ad hoēs referri, qui propter Adae peccatu oēs morti obnoxii sunt. De decreto ante antecedente praevisione peccati orig: nihil dicunt, neque enim damnare neotericae parente voluerunt, neq probare.

Jans: agens de praedestinatione angelor. et hom. in statu innocentiae videtur doctrinam orthod: retinuisse; erravit tamen circa statum naturae integrae et q. gratiam ei censuerit naturalem, unde de praedestinatione habet multa loq: simile Pelagio. –

b) ex massa illa damnata Deus non solum gratuito decrevit aliquos salvare, sed etiam vult eos salvare gratuito, nulla habita ratione fidei, obedientiae, sanctitatis. Reliquos homines Deus ex justa voluntate sua in statu damnationis relinquit eosque in distributione gratiar. praeteriit.

Jansen. in eo tantum differt ab iis, q. meritum bonor. operum non negat neque negat reprobis fidem et sanctificationem temporariam concedi. At non solum praedestinationem ad gratiam (q. tenemus et nos cathol:) et praedestinationem ad gloriam (q. nonnulli nostri tenent) factam esse voluntate antecedente: nulla habita ratione meritor., sed etiam reprobationem peccantium eaque positivam (exclusionem a vita aeterna, damnationem a poenam damni) factam esse decreto antecedente: Praevisa enim ruina generis hum: Deus decrevit eos in massa damnata relinquere, neque eos remissio peccati orig: et quaedam temporaria justificatio juvant. –

c) De executione decreti tandem haec habent Dordracen: Ad solos praedestinatos salvandos Deum misisse filium suum; pro his solis Christum mortuum esse; his solis a Deo gratiam dari fidei, cui nemo resistere possit; his solis dari gratiam justificantem, quae cum peccatis non possit amitti. Nam etiamsi fideles peccent, non possunt excidere ex adoptione et gratia Dei. Contra reprobos et exclusos esse per decretum aeternum a donis supernat: neque ullam gratiam sufficientem fidei et conversionis obtinent, utpote traditi maledictioni.

His plane etiam Jansen. consentit.

In diiudicanda Dordracenor. doctrina erravit vehementer optimus Gazzaniga (T: II. Dissert VI. n. 242) dum putaret eos ~~autem~~ rigido Calvinismo abhorrentes ad sanam thomistar. de praedestinatione et reprobatione doctrinam descendisse.

Cf. Georg. Albertini O. P. de Deo acroa. XVII. n. 45. De Gratia acroas. XV. n. 15. –

II. Voluntatem Dei salvif: antecedente: non solum relate ad naturam hum. integram, sed etiam in ordine ad naturam lapsam universalem esse, jam supra demonstratum est, ita ut voluntas justitiae, quae decretum damnationis edit, non possit esse nisi conseq:

1º Suppositis, quae ~~ante~~ demonstrata sunt utraque ~~ambo~~ haeretica contra jam decreta sunt

a) negent Deum velle omnium hom. salutem Christumque pro omnibus mortuum esse quae tamen sit: et PP. diserta sententia.

Th. 54 (seq)

b) concludunt malorum antecedentem reprobationem et proinde negent iis dari idonea supernat: effectusque sacra: (Calviniani) v. saltem gratiam sufficientem (Jansenist)

c) Ambo subvertunt libertatem arbitrii ac proinde tollunt universum ordinem moralem; tollunt praeterea Calvin: omnia supernat: virtutum merita quibus ex condigno retribuantur vitae coelestis praemium, itemque veram peccantium culpam.

d) Utraque sententia ea docet, quae manifestissime pugnant cum bonitate, justitia, veracitate, sapientia divi.
Q. in supralapsariorum hypoth: extra ullum dubium est.
Dum infralapsarii videntur parum distare ab opinione eorum cath: qui defendunt aliquam negativam, uti ajunt, tum praedestinationem tum reprobationem, factam ante merita praevisa hancque fuisse putant Aug: opinionem.

Discrimen tamen magnum est, non tam in eo, quod cath: illam anteced. reprob: negativam dicunt, Calvin: vero cum Jans: positivam, ... tenebrae regnant in hac quaest: sed

1° haeretici defendentes reprobationem anteced: excludunt diserte voluntatem Dei salvif: Christumque pro omnibus mortuum esse
2° reprobis v. omnem gratiam denegant v. saltem eam quae sufficit ad salutem
3° negant omnem gratiam, quae mere sufficiens est, unde oritur necessitas tam bene quam male factorum – Deum vero interminatione irae suae et aeternae poenae reprobis impossibilia praeciperet eumque his homines necessario quidem et tamen damnabiliter peccare.

Omnia haec absurda, injusta, horrenda cathol: rejiciunt negantque ea ex principiis suis consequenter derivari.

Itaque doctrina SS. PP. quam explicuerunt contra Pelagg et Semipelagg agentes, haec est

Deus neminem praedestinat ad interitum sempiternum, neque eum vult, sed tantum praescit et permittit.
Nemini vires subtrahit ita ut cadat; contra vult omnes semper adjuvare, quod si non fit, in ipsis causa est
Secus Deus O. M. esset causa peccati, quod impium est dicere.
Praedestinatio ad interitum nunquam est antecedens, sed consequens praevisam perseverantiam in malo
Non praedestinari idem valet ac reprobari

Schol:

Verba quae leguntur ap. Rom. IX postea explicabimus. Q. vero Calvin: objiciunt 1. Petr. II. 8, dicentis q. Christus factus ē „lapis offensionis ē petra scandali his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo ē positi sunt" — profecto ex iis nō conseq. i. q. efficere conatur Thd: Beza, reprobos a Deo ipso esse positos ad h. ut nō credant v. responderi pōt cū Ven. Beda (in h. l.) eos ipsos qui nō credunt ē sua culpa impingunt in verbū Evglii ac corruunt, a Deo esse positos, ut credant v. ut nonnulli PP graeci explicant, a se ipsis positi. Tandē in Scr: offensio in lapidē angularē (Is: VIII. 14.15) exhibetur ut poena incredulitatis, unde hic erit sensus: offendunt in lapidē quia nō credere positi ad h. ut pro infidelitate justā poenā recipiant. —

Th. 55.

Neq datur negativa reprobatio antecedens.

Primu exponemq diversas catholicoq opiniones, quas quide oes falsas habemq nã quælibet negative reprobatio anteced: necessario jungitur cu prædestinatione ad gloria anteced: absol: hanc aute abhorrere a cathol. veritate in præcedente thesi demonstrata ẽ.

I. Qui prædestinatione ad gloriã putant esse voluntatis antecedentis prævisa libere merita, nõ oes eodẽ mº sententiã suã explicant ac defendunt.

1º Complures prædestinatione tu angeloq tu hoñ absolute antecedenter, independenter a prævisione bene v. male actoq ipsiqq peccati orig: facta e completa esse arbitrantur. Omissa nunc prædestinatione angeloq lstq hoïs, de prædestinatione hoñ hanc serie div: decretoq ~~[illegible]~~ negtght:

a) Primq actq voluntatis div. salvif. fuit dilectio, qua Deq voluit hoibq dare gloriã voluntate absol: efficaci.

b) Gratuito illo ẽ absol: decreto Deq nõ tantu gloriã indefinite electis dedit, sed singulis illã certo ac definito gradu præparavit, præordinans scrictate illã mansionq, de quibq Salv: locutq ẽ (perfectioni eni cœlestis regni consentaneu ẽ, ut ibi nihil sit, q. nõ ẽ ex prædefinitione div.)

c) Ita prædestinatis ad certu gradu gloriæ Deq absol: efficaci voluntate prædefinit oes actq meritorios in oibq suis adjunctis, ut merita responderent gradui gloriæ prædestinato.

d) Ut vero in tempore fiant, præparat gratias efficaces quibq cu præordat infallibiliter conexa illa opera meritoria prædefinita.

Suar: de præd: I. c. 8 sq.

Didacq Alvarez de Auxil. disp. 37.

Præter hanc absolute antecedente prædestinatione altera nõ datur; h. absoluto decreto ante prævisos quosimq creaturæ actq oes salvandi prædestinati sunt. Unde oes qui præter electos creandi erant, præteriti sunt h. e. nõ comprehensi ~~a~~ prædestinatione ad vitã æternã, independenter ab oi prævisione peccati etia orig.

Permissione peccatoq, ~~propter~~ ob quæ ẽ angeli ĉ hoes positive reprobantur effectu esse necessaria absol: reprobationis negativæ anteced. Reprobatione aute illã priore negativã appellari nõ q. nõ esset in Deo actq positivq. nã Deq positive vult, oes hoes illos nõ prædestinare, nõ admittere ad regnu coeleste, excludere a gloria, ut a beneficio (Ita plurimi, oibq constare volentes) Sed h. intendere discrime inter negativã reprobatione e positivã q. prior sit

tantū rejectio a bono indebito, posterior praeterea damnatio ad poenā. Haec supponit culpā, illa Deus ex se concipit, nulla supposita culpa hois.

Videlicet (Gonet de praedest. disp. 5. a. 2. n. 22) positivā reprobationē praeter terminū a quo (quae ē exclusio a gloria) etiā habet term. ad quē (poenā s. damni s. sensus), illa vero solū habet terminū a quo, exclusionē a gloria neq connotat reprobū esse damnadū ad poenā s. damni s. sensus. (Haec tamē hariolationes sunt, nō verae doctrinae salubris expositio)

Suar: qui aliis timidior haec in re apparet, utpote anxius, quomodo componat contradictorie illa: nullā esse in Deo voluntatē antecedentē nō admittendi aliquos ad regnū (ita enī docet mater Eccl:) ē alterū illud: esse in Deo positivā voluntatē antecedentē nō eligendi ad regnū eos qui damnati sunt — nisere ē frustra laborat neq videt pugnantia inter se ab ipso conjungi.

Erat discrimē inter voluntatē anteced: nō admittendi ad regnū (excludendi in poenā ē vindictā) ē voluntatē anteced: nō eligendi ad bonū indebitū, prior enī, utpote culpā supponens, repugnaret altera per se nō itē, nā bonū indebitū negari pō nulla culpa supposita.

At in constet oēs homes voluntatē anteced: a Deo destinatos esse ad bonū indebitū regni coelestis, quomodo idē Deus poterit habere anteced. voluntatē positivā nō eligendi aliquos ad h. bonū?

2º Alii illis, quos sententiā exposuimus, consentiunt in praedestinatione angelorū — hominū vero tū praedestinationē tū reprobationē factā esse consequ: ad praevisū peccatū orig:, antecedenter tamē ad praevisionē aliarū actionū creaturae, maxime supernaturalium — Hoēs qui nō salvantur, etiā reprobatos fuisse negative in poenā peccati orig:

—

V. Dicimus anteced. reprobationē negativā pugnare cū doctrina certissima anteced. universalis voluntatis salvif: Ut. magis in argumentis, petitis ex ipsa indole reprobationis anteced. negativae:

1º Voluntas antecedens negandi praedestinationē ē voluntas antecedens nō salvandi. Nō. certo hunlentū ē. Nā

a) Cū absol: voluntate ante prævisione quamcunq actionū Deq oēs ē singulos salvandos ad gloriā prædestinat simulq antecedenter ad prævisione operū alios oēs creandos positiva voluntate absol: nō eligit, hæc voluntas nō eligendi = voluntas nō salvandi. Atqui cū voluntate antecd: absol. nō salvandi repugnat voluntas condiᵗio: salvandi – ergo circa hos qui antecedenter electi nō sunt nulla videtur esse antecd. conditio: Dei voluntas salutis.

Propos. minor evidens ē,

Majorē concedunt Alvarez, Gonetq –

unde etiā concedunt, ergo angelos malos ē hōes reprobos nullā esse in Deo volnntate antecd. condit. salutis.

Vellet Deq etiā hor salute, ita ajunt, quoniā salq ē aliquid boni, nisi per eor salute impediretur major universi pulchritudo justitiæq div: manifestatio – hanc velleitate esse voluntate antecd. salutis om.

Remanet major contra Suar: demonstranda: Voluntas antecd. nō prædestinandi nō solū ē voluntas nō absolute prædestinandi ante prævisa merita, sed ē voluntas absolute ē simpliciter eis negandi prædestinatione. Nā si diceretur Deq alios prædestinare ante merita prævisa alios sec. merita eor, incidereinq in sententiā Ambr. Catharini, quā Suar: ejq sectatores rejiciunt. Tū etiā prædestinationis negotiū nō totū absolveretur in signo (decreto) antecedente oēe prævisione, neq ex illa negat. reprobatione proveniret infallibilis jactura salutis. Unde cū vehementer repugnent principiis Suar: voluntas posit. nō eligendi sumenda ē pro voluntate absolute ē nullo mᵒ eligendi ad salute æternā. Qui vero voluntate antecd. absol: alterū vult nō eligere ad aliq. bonū, nō pō simul velle illud bonū ei conferre sub conditione, si ipse præstet q. pō ē debet.

Ergo antecd. voluntas positiva nō eligendi ad salute ē voluntas positiva absolute nō conferendi salute ē nō salvandi.

Hæc autē consistere nō pō cū voluntate antecd. salutis, quā oēs PP unanimiter admittunt.

b) Eadē contradictio inveniri pō ap. Suar: ubi docet regni coelestis pulchritudinē in singulis membris præfinitā esse (h.ē: numerq eor neq augeri neq minui pō) ē tamē Deū antecd. voluntate oēs salvare velle, sc. conditionate, si per eos nō staret – cf. Frz. 530

2° Deus antecedenti voluntate sincere vult omnes homines salvos fieri sub conditione liberae cooperationis –
eo ipso antecedenter vult, ut cooperentur et actu salventur
ergo antecedenter neminem vult reprobari.
atqui ex sola antec. voluntate negandi praedestinationem certum est hominem non esse salvandum et cum hac anteced. voluntate assecutio salutis metaphysice repugnat.
Ergo eo ipso quod anteced. voluntate vult omnes homines salvos fieri, erga nullum omnino hominem habet illam anteced. voluntate negandi praedestinationem.

3° Docent, Deum erga homines, quibus anteced. voluntate salutem negavit, non quidem uti speciali providentia, propria praedestinatorum – non tamen gratias negare, quibus possint malum vitare et facere bonum; quod si non fecerint, ipsi in culpa sunt. Ita Suar:
Nam Alvar: et alii existimant etiam gratias sufficientes multis antecedenter negari.
At evidens est Deum debere sibi suaeque destinationi, ut curet ne quisquam praedamnatorum numerum salvandorum ingrediatur. Non potest igitur ulli eorum tale gratiam concedere, quam praevideat perseveraturam esse in finem.
Th. ipsi declarant:
„Electio ad finem est ratio dandi media efficacia s. infallibilia ad illum; ergo negatio (antecedens) illius electionis erit suo modo ratio non dandi media congrua et infallibilia ad illum finem consequendum neque in hoc superest nova difficultas."
Suar. V. c. 7. n. 14
Omnia haec evidenter pugnant cum multimodis et obtestationibus Dei, se nolle mortem peccatoris et exhortationibus ad conversionem – cf. th. 49.
Optime Lessium audiamus disserentem:
Sec. communem aestimationem hominum parum videntur Deum velle ut pereas et nolle te ponere in electorum suorum numero neque gratiam congruam et perseverantiam dare; quia enim infallibiliter ex hujusmodi decretis sequetur damnatio: et si alterum horum decretorum esset subeundum, quivis censeret, sibi esse indifferens, utrum eligatur, cum utrumque ante praevisionem operum sit conceptum" De praedest: sect. 2. n. 13 – cf. Tertul. con. Marc. IV. 29.

4° S. Prosperi Aquit: responsiones ad capitula Gallorum demonstrant saec. V putasse nonnullos, ex doctrina Aug: effici, ut illi, qui pereunt, ante praevisa eorum merita jam praeteriti fuissent in praedestinatione – unde necessario ex Dei voluntate pereunt.

Th. 56 (seq.)

Prosper hujusmi calumnias ab Aug: memoria repellit tanquam prodigiosa mendacia: si aliquis no sit prædestinatus, i. consequens esse ad prævisa peccata, no vero antecedenter. Suar: affirmavit, Prosp. no de negatione prædestinationis agere, sed de reprobatione positiva, de decreto damnationis ad poenam æternam sermonem facere. Q. manifesto falsum ē, cum ē Prosp: ē detrectatores Aug: multoties declarent, se de iis agere, qui prædestinati no sunt, qui no pertinent ad prædestinationem etc. nunquam vero mentionem faciunt reprobationis aut damnationis. Imo diserte distinguunt negationem prædestinationis tu reprobationem ad poenam. Neq agebant de positiva reprobatione ad poenam, sed de negatione prædestinationis, cum adversarii contenderent (ab Aug: doceri) quosdam no esse prædestinatos ad vitam æternam antecedente Dei voluntate – Prosper vero constanter negaret, D. Aug: hujusmi negationem prædestinationis antecedente in mente venisse.

Illos ruituros propria ipsorum voluntate præscivit ē ob h. a filiis perditionis nulla prædestinatione discrevit. Nam quomodo eos haberet præordinata in listo electio, quos discedentes a listo habitura erat justa damnatio? cap. VII

Utriusq reprobationis tu posit: tu negat: eandem esse relationem ad præscientiam futurorum peccatorum: propter peccata prævisa Deus positive damnat itaq consequenter ad prævisa mina negative reprobat i. e. prædestinationem negat.

"Non relicti sunt a Deo, ut relinquerent Deum, sed reliquerunt ē relicti sunt ē ex bono in malum propria voluntate mutati sunt; atq ob h. licet fuerint renati, fuerint justificati, ab eo tamen qui illos tales præscivit, no sunt prædestinati"

Ita passim. –

Scholion

Theol. isti dicunt Deum in 1° signo (ita illi loq mos ē) negavisse prædestinationem ad gloriam, hancq no electionem, hanc exclusionem e numero prædestinatorum ad gloriam, intendisse tanquam finem v. ut Suar: mitius declarat, tanquam no electionem ad finem. In 2° vero signo tanquam medium ad finem v. tanquam negationem mediorum efficacium ad finem (ita Suar.) Deum voluisse negationem gratiæ efficacis v. congruæ. Negationem gratiæ esse effectum ē sequelam illius negat. reprobationis.

1° Nos distinguimus reprobationem negativam a gloria æterne no esse ex voluntate Dei antecedente prævisione finalis

peccati, eo ipso exclusimus etiā consequentiā de reprobatione a gratiā efficaci. –

Argumenta quibus adversarii probant in hoībus nullā esse causā reprobationis negativæ revocantur tū ad Rom. IX. 19 de quo postea dicimus, tū ad frequentiorē loquendi ratione S. Augustini propriā, se ignorare, cur Deus hunc trahat & aliū nō trahat. –

Hæc tamē & his similia possent unice probare, nō esse in hoē causā reprobationis a gratia efficaci v. cōngrua (de qua longe diversa quæstio ē), nullo vero mᵒ probant in causa esse aliquā antecid. reprobationē negativā a gloriā.

Contra Aug: loq. ratiō demonstrat potius eū aliter sensisse quā isti volunt theol: si enī cautionavisset, negat. reprobationē antecid: in causa esse, cur alius trahatur, alius nō trahatur, nō poterat profecto respondere, se i. nescire: nā quia Deus ad vitā nō elegit, propterea nō dat gratiā neque dare pō. – Neq mysterium inscrutabile in distributione gratiarū invenisset Aug: sed in negat: reprobatione antec: (ut isti facere solent)

Sectio V.

De voluntate Dei salvifica.

Cap. 3.
De voluntate salvifica consequente ē de praedestinatione.

Art. 2.

Praedestinatio vario sensu legitur in Scriptura ē apud Patres.
(Th. 56-58.)

Th. 56.

De sensu vario praedestinationis tum in Scr. tum apud PP.

1° Praedestinatio, προορισμός, ὁρισμός, in genere signif. o͞e consiliū Dei, quo ab aeternitate disponit ac vult existentiā cujusque operis sui.

2° Sensu magis restricto praedestinatio communiter dicitur dispositio operū div. relatē ad salutē aeternā creaturae rationalis. Aug. denique ē PP. qui eū secuti sunt, adhibent praedestinationē etiā de interitu ē poena aeterna. H. vero nō pō dici de peccatis; poena enī opus Dei ē, nō vero peccata.

„damnandi praedestinati sunt propter iniquitatē superbiae" Aug. de peccat. mer. ē remiss. II. 26.

Frequentiori ap. PP. usu constitutio poenae appellatur reprobatio, praedestinatio vero ē operū div. dispositio quae ad vitā aeternā conducunt ipsaque vita aeterna. Cū vero inter haec dona multa naturalia sint, praedestinationis nomē pertinet ad sola illa supernat: quae singulis tribuuntur ad vitā aeternā promerendā (supponuntur profecto tanquā fundamentū necessariū generalia dona supernat: in quor numero sunt redemptio, Eccl: sacra: alia.)

Denique haec dona possunt considerari tū praecisione facta ab effectu tū simul cū eo. Quāquā priori quoque sensu possunt praedestinatae dici (sunt enī ab aeterno ad salutē hom dispositae) re ipsa tamē ad salutē nō conducunt, ipsaque Scr. distinguit vocatos ab electis (Matth. XX. 16) inde usus praevaluit, ut vox illa nō usurparetur nisi de gratia, quae finē obtinet.

3°. Aug: praedestinationē dicit tū ipsā gratiā quae nobis sine nobis a Deo infunditur, tū bona opera, quae gratia adjuvante facimus: ea quoque sunt gradatim[?] eaque opera Dei.

„Velle ē operari Deus operatur in nobis, nō quia nos nō volumus aut nos nō agimus; sed quia sine ipsius adjutorio nec volumus aliquid boni nec agimus:"
Aug. De gra: lib: c. 25.

Itaque pō praedestinatio v. incomplete considerari prae singulis operibus supernat: quia numē div. in consilio suo ad creaturā salutē praedisponit v. complete prae tota serie hor operū inde a prima vocatione usque ad finē qui ē beatitudo sempiterna.

Cf. Frz. p. 565.

4° Quamquā usu communi a theol: praedestinatio simpliciter dicitur quando ultimus finis i.e. vita aeterna, re vera obtinetur, tamē ē in Scr: ē ap. Aug: eadē vox sensu minus pleno occurrit, pro effectu proximo fidei v. justificationis v. ejusdē augmenti, ita ut nullus habeatur respectus ultimi finis.

Cf: Rom. IX. 11. sec. electionē propositu Dei. – Eph. I. 11. 2 Tim. I. 9.

electio, electi Rom. IX. 11. XI. 5. 7. 28. 1 Thess. I. 4. Rom. VIII. 33. XVI. 13. Coloss. III. 12. Tit. I. 1. 1 Pet. I. 1.

salvati (h. e. salute inchoata) oẽs dicuntur Christiani Act. II. 47. Rom. VIII. 24. Eph. II. 5. 8. 2 Tim. I. 9. Tit. III. 5. –

I. In Scr: quidē vox illa nunquā adhibetur de voluntate Dei antecedenti conditi: quæ effectu caret, verū de voluntate efficaci. Ut frequenter dicitur de beneficiis superniat: quæ omnibus Christianis v. saltē justis communia sunt.

Eph. I. 5. qui prædestinavit nos in adoptionē filior per J. Chr. in ipsū, sec. propositū voluntatis suæ

11. In quo (Christo) etiā ē nos sorte vocati sumus prædestinati sec. propositū ejus

1 Cor. II. 7. Sed loquimur Dei sapientiā in mysterio, quæ abscondita ē, quā prædestinavit Deus ante sæcula in gloriā nostrā.

Præter hæc 3 loca verbū προορίζω, prædestino, in N. T. solū occurrit Rom. VIII. 29. nā quos præscivit ē prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui.

30. Quos autē prædestinavit, hos ē vocavit ...,

ubi tamē controversia excitare pō, de qua postea.

Alio sensu

Act. IV. 28. facere quæ manus tua ē consiliū tuū decreverunt fieri.

Simplex ὁρίζω, destino sensu perū simili aut nihil ad nos pertinente occurrit Lu. XXII. 22. Act. II. 23. X. 42. Rom. I. 4. Act. XI. 29. XVII. 26. 31. Hebr. IV. 7. –

II. Sec: eundē mō loq: PP. quoq ē maxime Aug. usurpent voces illas (prædestinatio, electio, propositum) q. abunde pō demonstrari. –

1º. Prædestinationē esse ap: Aug. æternū div. voluntatis consiliū nō mō illud quo gloriā statuit hominibus conferre, sed etiā illud, quo fidei initiū ē incrementū, justificationē, finalē perseverantiā ē præscivit ē præparavit, nemo ē qui dubitet.

Adv: quidē nostri, qui ubiq prædestinationē ~~tendunt~~ ad gloriā ante merita prævisa student invenire, contendunt dona illa dici prædestinata, quatenus vertantur indissolubiliter in illo decreto æternæ salutis, facto ante merita prævisa.

Nos contra dicimus, dona hæc (si perseverantiā excipias) ab Aug: prædestinata dici, etiamsi nō jungantur in æternæ salutis adeptione. Neq verū ē, eatenus prædestinata dici quatenus ex absoluta prædestinatione antecedenti: proficiscuntur.

Nā generatī declarat nullā dari gratiā, cui nō respondeat æterna Dei prædestinatio.

"Inter gratiā ē prædestinationē h. tantum interē q. prædestinatio ē gratiæ præparatio, gratia vero, jā ipsa donatio." Prædest. SS. c. 10.

Gratiā fidei ē justificationis cujusque Christiani, si consideretur in præscientia ē voluntate æterna, quæ eā decrevit, vocatū prædestinationē SS. – de prædest. SS. n. 31.

Itaq tā late juxta Aug. patet praedestinatio, quā late se porrigit gratiaꝝ varietas.
Idē Fulgent. docet. – ad Monim. I. c. 11.
Dona illa praedestinata in multis profecto perseverantiae dono cumulantur, q. ē ipsū ab aeterno praedestinatū ē.
Quoniā vero Aug. adversa Pelagg reliquias pugnans potissimū initiū fidei perseverantiaq prae oculis habet ut dona Dei ideoq ut dona Dei praedestinata – nonulli theol: existimavere ab Aug: ea solū dona praedestinata appellari, quae cū perseverantia conjuncta sint ē consequenter cū gloria aeterna.
Hujqū ē celebris illa definitio: praescientia ē praeparatio beneficioꝝ Dei, quibq certissime liberantur" (ubi evidenter inclusa ē perseverantia) – de dono persev. I. 14 –
Ratio tamē cur dona illa praedestinata dicuntur, nō ē in eo, q. cū perseverantia conjuncta sunt, neq q. derivantur ab aliqua anteced: praedestinatione ad gloriā, nā praedestinationis essentia in eo ē, ut donū sit supernat: ē ab aeterno in div. praescientia praeparatū. Unde praedestinationē SS appellat qua praeparatur tū fides tū remissio peccatoꝝ cujq cunq Christianoꝝ.

2º. Electionē Aug. frequentissime dicit eā quae ē ad gratiā fidei ē justificationis – cf. de praed. SS. 17–19. electos fieri per vocationē ad fidē, electos dici oēs, quibq fides donatur.

"Intelligimq vocationē qua fiunt electi, nō qui eliguntur, quia crediderunt; sed qui eliguntur, ut credant."

3º. De Paulinis locutionibq: vocatio sec. propositū, vocatio sine poenitentia, nō solū Jans: sed etiā cath. theol. declarant, ab Aug: semper ea dona praedestinata dici, quae conferuntur sec. propositū i. e. ex absoluta praedestinatione ad gloriā. –
At quoniā propositū ē praedestinatio saepissime ap. Aug: synonyma sunt, ea quae de praedestinatione dicimq, etiā de proposito valebunt, ut tanto pateat quanto patet gratiaꝝ ubertas.
Si vero objiciat aliquis propositū ē donū sine poenitentia dici etiā de perseverantia, quae gloriā ~~quae~~ adipiscitur, nihil efficiet, nō enī negamq quā praedestinationē ē electionē tū propositū etiā ad donū perseverantiae ē coronā coelestis gloriae adhiberi.

Th. 57.

Idē ē ordo donoꝝ supernatu: in prædestinatione atq in executione.

Prædestinatio in Deo ē ipse intellectꝰ voluntasq div. in connotatione terminoꝝ ad quos refertur.

Causa meritoria prædestinationis, si spectetur actꝰ div. in se, profecto nō datur; at quæri pō utrū effectꝰ prædestinationis habeat necne causā aliquā: videlicet, utrū Deꝰ prædestinaverit necne se prædestinationis effectꝰ datum esse propter aliqua merita.

. Dona quæ Deꝰ confert in tempore nullis meritis præcedentibꝰ, certo ab æterno præparavit h. mᵒ conferenda.

At nō solū ex gratuita donoꝝ in tempore collatione inferri necessario debet gratuitā eoꝝ præparatio ab æternitate, sed ordine etiā inverso ex gratuita præparatione rite concluditur gratuita in tempore donatio, ita ut beneficia quæ in tempore conferuntur prævisis meritis, etiā prædestinata sint ab æterno ex prævisione eorundē meritoꝝ neq alio ordine conferantur s. gratuito s. ex meritis, quā prædestinata fuerunt ab æterno.

Confirmemꝰ h. ex Aug: doctrina:

1ᵒ Juxta Aug: prædestinatio alicujꝰ doni ejꝰ in tempore collatio unꝰ ē idē ē actꝰ æternꝰ, 2ᵒ spectatꝰ tū connotans opꝰ futurū tū q. præsens efficitur. Evidens ē opꝰ idē nō alio mᵒ ab in æternitate, alio mᵒ subesse, quando incipit existere. Ergo necessario Aug. sentit eundē esse ordinē ē prædestinationis ē executionis.

Major patet ex scriptis D. Aug: (cf. th. 56)

prædestinatio ē gratiæ præparatio ... gratia vero jā ipsa donatio.

Porro si prædestinatio ē donatio nō differunt nisi connotatione futuri ē præsentis in uno eodēq effectu, profecto ubi donatio præsente effectu nō ponit nisi propter meritu, etiā prædestinatio eū nō vult nisi propter meritu: ē enī unā effectrix voluntas relata ad unū ē eundē effectu, distinctio ente habetur ex parte temporis, quo effectꝰ existit, nō ex parte ordinis quo Deꝰ vult effectu.

2ᵒ Quæ Deꝰ nullis prævisis meritis prædestinavit, etiā in tempore confert nullo merito præcedente; quæ vero in tempore confert ob merita, etiā h. mᵒ prædestinavit. In h. consentiunt Aug. Massilienses.

Lege Frz. 577.

3° Etiã disertis verbis Aug. declarat, eundẽ esse ordinẽ prædestinationis, qui ẽ executionis.

"Constat alia Deũ dandẽ etiã nõ orantibq sicut initiũ fidei, alia nõ nisi orantibq præparasse, sicut usq ĩ finẽ perseverantiã" — de dono persev. 39.

"Si qui sunt nondũ vocati, pro eis, ut vocentur oremq; fortasse enĩ sic prædestinati sunt, ut nostris orationibq concedantur, ẽ accipiant eandẽ gratiã, qua velint esse ẽ efficiantur electi." ib. 60.

Tandẽ clarissimq legitur locq ad Simplic. I. q. 2. n. 6 cujq lucẽ frustra conati sunt adversarii offuscare:

"Nõ tamẽ electio præcedit justificationẽ, sed electionẽ justificatio; nemo enĩ eligitur, nisi jã distans ab illo, qui rejicitur."

H. e: in ordine executionis semper electio (gloriæ) conseq. justificationẽ (merita). H. fide certissimũ ẽ. Inde vero hæc colligit S. D:

"Unde q. dictũ ẽ: quia elegit nos Deq ante mundi constitutionẽ, nõ video, quomº sit dictũ nisi præscientia"

H: e: eo ipso q. electio seq. merita in ordine executionis, etiã ĩ ordine prædestinationis debet consequi præscientiã meritoz.

Hinc q. legitur Rom. IX. 11: nõ ex operibq, sed ex vocante, ut sec. electionẽ propositũ Dei maneret – nõ intelligenda esse de prædestinatione ad gloriã, de electione ad premiũ, sed de electione ad gratiã, quæ cũ ĩ ordine executionis tũ prædestinationis oẽ meritũ præcedat.

4° Cũ Aug: consentit fidelis ẽ prudens discipulq ejq: S. Fulgent. ad Monim. I. c. 8. c. 12. de verit. prædest: III. c. 5.

Ex schol: Dũ unũ proferamq Tho: qui admirabili qua excellit claritate, hæc decrevit: ad Rom. VIII lect. 6

"Circa ordinẽ autẽ præscientiæ ẽ prædestinationis dixerunt quidã, q. præscientia meritoz bonoz ẽ maloz ẽ ratio prædestinationis ẽ reprobationis, ut sc. intelligatur q. Deq prædestinet aliquos, quia præscit eos bene operaturos ẽ ĩ Chri credituros ... Ẽ h. quidẽ rationabiliter diceretur, si prædestinatio respiceret tantũ vitã æternã, quæ datur meritis. Sed sub prædestinatione cadit oẽ beneficiũ salutare, q. ẽ nõi ab æterno divinitq præparatũ. Unde eadẽ ratione oĩa beneficia, quæ nobis confert ĩ tempore, præparavit nobis ab æterno. Unde ponere q. aliquod meritũ ex parte nostra supponatur, cujq præscientia sit ratio prædestinationis, nihil ẽ aliud quã gratiã ponere dari ex meritis nostris."

Th. 58.

Praedestinatio tu gratiae tu complete spectata sec. oes effectꝰ suos nō ē ex meriti praevisione

1° R. ē q. dixim̄ : oibꝰ effectibꝰ, ad quos refertur praedestinatio, nō posse meritū ī praedestinato praecedere, a quo tota illa donoꝝ series tanq̄ā a ratione sua sit suspensa.

Illud enī meritū nō p̄ō neq in serie illa neq extra eā esse.

1ᵘ nō p̄ō fieri, q̄ enī nō p̄ō esse causa meritoria sui ipsiꝰ, neq p̄ō esse causa meritoria totiꝰ seriei.

2ᵘ impossibile ē, nē extrā praedestinationē, q̄ratenꝰ ē donoꝝ praeparatiō supernaturaliū ad salutē conducentiū, ref. q. affirmant Aug. aliiq PP nullū reliquū ēē meritū supernatu:

Ergo restat h. unū, ut sit meritū naturae viribꝰ acquisitū, cui gratia reddatur.

Atqui hic Massiliensiū error ē, saepiꝰ ab Eccl. damnatꝰ

Unde declarat D. Aug: de dono persev. 41:

„Aut enī praedestinatiō praedicanda ē, q̄teadnū eā S. Scr: evidenter loq... aut gratiā Dei sec. merita nostra dari confitend q. sapiūnt Pelagg."

2° Ratiō gratuitatis, quae asseritur circa 1ā gratiā praedestinationis, eadē ē circa totā seriē subseq:

„electi sunt per electionē, ut dictū ē, gratiae, nō praecedentiū meritoꝝ suoꝝ, quia gratia illis ē oē meritū" De Corrept. ē grat. 13.

Meritū tamē q. gratia ē ē per gratiā acquisitū, nō negatur verū meritū esse. Supposita enī 1ā gratia supernaturali p̄ō hō merito congruo gratias ulteriores impetrare, quae aliq illo merito impetrato profecto nō concederentur; ideo nō aliter praedestinatae sunt, nisi praeviso merito impetratorio.

Inde praedestinatiō ad gratiā eodē m̄ gratuita ē quo gratuita ē ipsiꝰ gratiae collatiō.

Gratia praedestinatur nullo naturae merito praeviso: unde prima ejꝰ praedestinatiō oē meritū praecedit: possunt tamē multiplices gratiae conferri, praevisis meritis supernaturalibꝰ neq aliter adultis justificatiō conceditur.–

Aug. ad Sixt. ep. 194. n. 9. 10.

Enchir. 32: praecedit bona voluntas hoīs multa Dei dona, sed nō oīa; quae ante nō praecedit ipsa, in eis ē ē ipsa..

D. Tho. 1. dist. 41. a. 3..

D. Bonav. 1. dist. 41. q. 1. (q. 2)

3º Relate ad promerendā praedestinationē alteri h. certū ē ē ratū, merita Redemptoris causā esse meritoriā oīū praedestinationis effectuū.

Eph. I. 4-11. 2 Tim. I. 9.

Hac causa universali meritoria supposita aliū quoq possunt aliis gratias multiplices impetrare, tanquā instrumenta ē cooperatores Dei. Hae vero gratiae quae intuitu alicꝫ meriti dantur, eodē mº praedestinantur.

duplex hic fieri consideratio pō quo tamē revera una ē:

1º ut series effectuū praedestinationis amplectatur solū gratias hoīs praedestinato intrinsecas: h. mº pō unꝫ alteri impetrare etiā primū totiꝫ seriēi effectu.

D. Tho. 1. d. 41. a. 4: si enī Steph. pro persecutoribꝫ nō orasset, forte Paulꝫ salvꝫ nō fuisset

2º ut latiori sensu supposita univ. causa meritoria praedestinationis etiā gratiae praedestinato extrinsecae una serie computentur. Ita etiā orationes Stephani tanquā effectꝫ subordinantur praedestinationi Pauli.

D. Tho. 1. q. 23. a. 8
De verit. q. 6. a. 6.

4º Excluditur causa meritoria praedestinationis in praedestinatis eoq ipso tollitur difficultas, tanquā gratia effectū nō habeat, nisi hoē libere cooperante. Haec enī cooperatio nō ē instar meriti, cui tribuatur gratia, cū ipsa cooperatio sit fructꝫ gratiae.

Ex libertate accipiendi v. rejiciendi gratiā, seq. ut ille qui restitit gratiae, potuerit cooperari ē tandē ad salutē pervenire. Vice versa is qui salutē obtinuit potuit nō perseverare ideoq efficere, ut nō esset praedestinatꝫ.

Nō tamē ideo praedestinationis effectꝫ in potestate liberi arbitrii ē, relicti naturalibꝫ viribꝫ suis neq hoī datur inhaerere absq gratiā ūrā salutēs.

Itaq 1ꝰ effectꝫ nō pendet ab hoē praedestinato, nā cū ē ipse consensꝫ, qui jā fructꝫ ē liberi arbitrii per gratiā elevati, sed 2º ille effectꝫ a Deo praedestinatꝫ gratiā praeveniens ē, sub qua futurꝫ praevidetur consensꝫ.

Aug. Expos. inch. in Rom. n. 7: Quaquā enī sibi quis tribuat (sc. instructo jā gratia) q. vocanti obtemperet; nemo pō sibi tribuere, q. vocatꝫ ē.

Ratio vero, cur gratia, cui resistitur, nō pertineat ad ordinē praedestinationis, sed ad communē solū providentiā, in libera posita ē hoīs voluntate.

Sensꝫ igitur quae: sitne praedestinatio in hoīs potestate, duplex ē

v. dicitur de libera potestate hoīs viribꝫ naturalibꝫ agentis - ē tū N.

v. supponitur gratiā praeveniens ē sermo ē de voluntate hoīs per gratiā elevata, ē tū Affirm.

H. altero sensu D. Petr. 2 epist. I. 10: satagite, ut per bona opera certā vestrā vocationē ē electionē faciatis "

Nunc etiā liquet quo sensu accipienda sit illa sæpius citata quondā Aug: tributa sententia, quamquā iisdē verbis apud eū nō invenitur: si nō es prædestinatus, fac ut prædestineris.

Quæ sententia a nonnullis theol: reprehenditur, quū eā putent significare

v: si nondū accepisti gratiā, fac viribus tuis, ut accipias.

v: si nō es cooperaturus gratiæ, coopera tamē.

Primū dicunt hæreticū esse, alterum perabsurdū.

At pō tertius subesse sensus, qui nō repugnat doctrinæ cath: per gratiā, quæ tibi nunquā deē, fac ea, quibus prævisis eris prædestinatus. Si peccator es, ad justitiā redi, si justus, in ea persevera.

~~Fulgent~~ S. Prosp. ad obj: Vincent. XII

„quia præsciti sunt casuri, nō sunt prædestinati; essent autē prædestinati, si essent reversuri ē in sanctitate mansuri."

Aliis verbis possumus ita rē exponere:

prædestinatus [nō quidē in sensu composito, sed in sensu diviso damnari pō; divisio autē pendet a libero arbitrio, quo pō finaliter peccare.

reprobus, nō quidē in sensu composito, sed in sensu diviso salvari pō; divisio autē pendet nō a voluntate naturali, sed ~~cont~~ elevata per gratiā.

Hæc vero nō ē potestas mutandi s. prædestinationē s. reprobationē, sed ē potestas per adjumenta gratiæ faciendi i, quo posito nunquā fuisset reprobatio itemque potestas committendi peccati, quo com̄isso nunquā completa fuisset prædestinatio.

Sectio V.

De voluntate Dei salvifica.

Cap. 3.

De voluntate salvifica consequente ē de praedestinatione.

Art. 3.

De praedestinatione ad gloriā per se ē seorsī spectata.

(Th. 59–66.)

Th. 59.

Praedestinatio adultor[um] ad gloriā ~~gratiā~~
per se spectata ē voluntatis conseq[uen]s:
praevisionē meritor[um] supernat: .

I. Sunt in Scr: aliquot loci quib[us] cū praedestinatio antecedens praevisionē meritor[um] nō videtur conciliari posse. Contra ex iisdē locis conseq[uitur]. Deū salute aeternā noluisse conferre nisi praevisis meritis.

1° voluntate anteced: meritor[um] praevisionē vult Deus oēs hoēs salvos fieri. Cū hac vero voluntate conciliari nō pō antecedens illa praedestinatio absolutaq[ue] voluntas salutis eor[um] qui actu salvantur ē sine qua nemo salvatur.

Adversarii nostri affirmant, salvandor[um] numerū absolute conclusū esse anteced. praedestinationē, ūde Deū nolle, ut quisquā alii cū numerū ingrediatur. At profecto repugnat, Deū in eodē signo velle, ut etiā alii sint in numero salvandor[um], dummodo sibi nō desint ē ad finē hunc dare illis gratias necessarias.

H. argumentū solū sufficit ad thes: comprobendā.

2° In Scr: a/ oib[us] sine discrimine promittitur vita aeterna ut corona, dummo legitime certaverint v. ut brabiū dummo cucurrerint usq[ue] ad metā

1 Cor. IX. 24 sq. - 2 Tim. IV. 8. - 1. Petr. V. 4.
Apoc. II. 7. 26. III. 5.

ut haereditas, quae promissa sub ea conditione ē, ut velint Xto compati ideoq[ue] conglorificari

Rom. VIII. 17. Matth. V. 12.

cohortatur aute Scr: oēs ut certent, currant, compatiantur.

Ergo Deus habet erga hoēs oēs voluntatē condit. conferendi vitā aeternā, si praestiterint q. exigitur

b/ electio ad vitā aeternā exhibetur in Scr. tanquā suspensa, incerta, pendens ab implenda conditione. Nā quamvis Deo O. N. electio nostra certissima sit propter immutabile praescientiā q[uā]q[ue], nobis tamē ea profecto incerta ē

2. Petr. I. 10. Magis satagite, ut per bona opera certā vestrā vocationē ē electionē faciatis.

Rom. XI. 22. 23: Vide ergo --- in te bonitate dei; si permanseris in bonitate, alioquin ē tu excideris sed ē illi, si nō permanserint in incredulitate, inserentur.

Apc. III. 11. Tene q. habes ut nemo accipiat coronā tuā

1. Cor. IX. 27. Heb. III. IV. X. 35 sq.

c) Audiatur sententia tremendi judicis Matth. XXV. 34 sq. Venite ... possidete paratū vobis regnū a constitutione mundi; esurivi enī ē dedistis mihi manducare.

Bona opera evidens sunt motivū, propter quæ electis datur regnū paratū ipsis a constitutione mundi.
Adversarii replicant causā meritoriā i̅ verbis judicis referri tantū ad sententiā directā: possidete regnū nō vero ad prædicatū: paratū a constitutione mundi: At vero monend̄ ē verba sumenda esse in sensu obvio, aliter eadē distinctio facienda esset etiā circa ignē æternū

Præterea in sententia complexa quandō 2ex actus refertur ad idē obj: ratio vero subjungitur totius sententiæ, profecto ea pertinebit ad utrumq actū. -

Eadē porro ratio ē damnationis v. 41: discedite - esurivi enī - ubi fatentibus cathol: motivū damnationis refertur ad pœnæ præparationē.

Tandē is qui declarat se nō aliter nisi per modū judicii velle mercedē conferre, eo ipso declarat, nō antecedt: voluntate præparandi ē conferendi præmii nō fuisse nisi conditionatā, ea videlicet prævisione, si meritū responderit. -

Unde coronā vitæ æternæ D. Paul. appellat coronā justitiæ.

Docet igitur Scr: vitā æternā a mundi constitutione, æterno Dei consilio ē paratā esse ē prædestinatā consequenter ad merita ē propter merita, quæ subsunt æternæ Dei præscientiæ, sicuti in tempore confertur propter merita acquisita. -

II Hæc PP. interpretatio ē, hæc eor lucidissima doctrina.

S. Iren. IV. 39 sq. contra Gnost: docet i hominū naturā nō esse aliā bonā, aliā malā, deniq aliā mediā, sed fieri hominē bonū per gratiā, cui cooperatur, malū vero, si resistat „Deus ante oia præsciens utrisq aptas præparavit habitationes c. luminis v. tenebrar.

Epiph. hær. 69, 58 h. m° explicat Matth. 20, 23. Nō ē meū dare vobis, sed si laboraveritis, paratū vobis erit a Patre meo"

Cyrill. Alex. Thesaur. T. V. P. I. p. 243 x in eundē locū: „nō ē meū dare vobis; nō q. i. præstare nō posset, sed quia præmia certantiū laboribus proportione respondere debent. -

Eadē passi: leguntur ap. Chryso: homil. 79 (80) in Matth. n. 2.
Inter latinos primū audiamus

Hilar: in ps. 64 n. 5: Multi vocati sunt, sed pauci electi ... Itaq nō res indiscreti judicii ē electio, sed ex meriti delectu facta discretio ē.

Ambros: de fide V. n. 83.

D. Hiero. ep. 120 ad Hedib. quæ. 10.

Eadē quoq erat Schol: pervulgata doctrina:
Audiatur pro multis unus Toletus in 1. q. 23. a. 5. concl. 2:
Collatis in unū multorū PP. testimoniis, ita pergit:
a) reprimens hois temeritatē, volentis ut Deus reddat rationē providentiæ suæ – oia Dei opera sancta sunt ē justa – v. 20: nunquid dicit figmentū ei, qui se finxit, quid me fecisti sic? v. 20 – de quibus verbis monet Chrys: „cave putes hæc ad creationis rationē a Paulo dici v. ad necessitatē voluntatis nostræ, sed sec. potestatē ē diversitatē divinæ dispensationū" – hom. XVI. 8. –
b) Porro: imaginē v. 21: an nō habet potestatē figulus luti ex eadē massa facere aliud quidē vas in honorē, aliud vero in contumeliā – quæ similitudine exprimitur nullitas creaturæ, gratuitas gratiæ ē justitia punitionis, nō sunt tamē similitudines universī accipiendæ (ut monet Chrys:) sed tantū oportet in iis seligere, q. opportunū ē

c) similitudinis applicatio v. 22: q. si Deus volens ostendere iram et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa irae apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae praeparavit in gloriam –

"vasa in honorem, vasa misericordiae, quae praeparavit in gloriam" = ii quos Deus ex Jud: et gentibus ad fidem christianam vocavit – per gratiam praeparantur in gloriam sanctitatis, per hanc vero in gloriam consummatam – Nullum vero hic adest vestigium praedestinationis ad gloriam ante merita praevisa.

"vasa irae apta in interitum" = peccatores – genet. irae non active interpretandus tamquam eam fecisset ira Dei – sed passive, quibus ira debetur – inde diverso modo Paulus de vasis irae dicit apta esse (sc. ex se ipsis) vasa autem misericordiae praeparata (sc. a Deo.

Haec vasa irae subsunt 2^{is} ratione voluntati div.
a) sustinentur in multa patientia, longanimitate, μακροθυμία – quae est voluntas misericors erga peccatores, ut convertantur ad Deum – Rom. II. 4. 5. 2 Petr. III. 9. Sap. XI. 24 – cf. Matth. XVIII. 26.
Haec voluntas est antecedens: – Rom. II. 4. 5.
Inde causa, cur sint vasa irae, non in Deo, sed in hominibus est posita.

Cf praeclaram Chrys: interpretationem – hom. XVI. n. 9 ubi inter alia haec leguntur:
„Sicut ergo Pharao ex propria iniquitate vas irae factus est, sic et hi vasa misericordiae ex probitate sua"

b) Conseq: ad duritiem et impoenitentiam Deus vult ostendere iram et notam facere potentiam suam. –
Inde particip: "volens" est non = quia voluit ostendere ... ideo sustinuit – sed = quamvis vult ... tamen sustinuit – cf – Sap. XII. 10 –

Th. 66.

Explicantur alii quidã loci, ad quos provocant adversarii.

1° Sap. IV. 11: raptq ē, ne malitia mutaret intellectũ ejq. Inde h. m° argumentantur nonnulli: Deq praevidens, justũ lapsurũ, si diutiq viveret, eũ morte imatura rapit; quia antecedenter noluit eũ labi; habuit ergo voluntatẽ absol: eũ salvandi, quæ praecedit mediõr electionẽ.

At vero hic ē sensq verbor: mors quamvis praematura hoi justo magnũ ē beneficiũ, h. autẽ beneficiũ Deq nõ ideo confert, quia ante praevisã justitiã eũ ad vitã æternã destinavit, sed diligit justũ propter sanctitatẽ ejq ē h. dilectione permotq, consequenter ad sanctitatẽ ejq, transfert eũ ad gloriã coelestẽ. –

2° Matth. XXIV. 22. 24 (Mar. XIII. 20. 22): nisi breviati fuissent dies illi, nõ fieret salva ōs caro, sed propter electos breviabuntur dies illi... Surgent pseudochristi... itao ut in errorẽ inducantur, si fieri põ, etiã electi"

Breviatio dier" pertinet ad orationẽ, qua Xtq agit de Hierosolymis evertendis: videlicet, nisi dies illi ferocissimi breviarentur, oēs morte miserrima perituros esse; sed propter electos h. e. propter christianos fore, ut brevientur dies illi." Nihil h. spectat ad nostrã quaest:

Profecto electi intelligendi etiã sunt praedestinati neq sermo tantũ ē de temporali, verũ etiã de æterna salute. At ubi nã quaeso sermo fit illos absoluta voluntate electos fuisse ad gloriã nullis praevisis meritis, quibq erunt pleni in abbreviatione dier. Nihil Xtq dicit de electionis ordine, tũ ad gloriã tũ ad perseverantiã in meritis.

Neq in altera parte testimonii, quae de sec. Xti adventu agit, ē de regno antichristi, ulla mentio ē de ordine praedestinationis ad gloriã ꝑe merita. Nemo autẽ ē cathol: qui ~~dubitet~~ neget, praedestinatos in sensu composito nõ posse, in sensu diviso posse labi finaliter.

3° Act. XIII. 48. Crediderunt, quotquot erant praeordinati ad vitã æternã.

a) Si verã ē q. volunt adversarii, Sp. S. revelasset nobis. oēs, qui tũ Antiochiae Pisidiae crediderunt in verba Pauli, fuisse praedestinatos, oēs, qui nõ crediderunt, fuisse reprobos. q. quantopere sit probabile, ipsi videant.

b) Neq admissa hac hypoth: quidquã efficitur, nã factũ illud, quod in Antiochia urbe Pisidiae oēs praedestinati põ Pauli sermonẽ, susceperunt fidẽ, nõ demonstrat,

eos ad gloriã prædestinatos fuisse ante prævisa merita.
c) Genuinus sensus plene aliq. videtur esse neq. ad rẽ nostrã pertinere. Græce enĩ legitur ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον – i. e. ordinati (nõ legitur προτεταγμένοι v. προωρισμένοι) hæc ante ordinatio (τάξις) in vitã æternã ẽ necessaria animor. per gratiã dispositio, tendens in vitã æternã tanquã in finẽ suũ.

4º Rom. VIII. 28–30. Scimus autẽ, quoniã diligentibus Deũ õia cooperantur in bonũ iis qui sec. propositũ vocati sunt sancti. Nã quos præscivit ẽ prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autẽ prædestinavit, hos ẽ vocavit; ẽ quos vocavit, hos ẽ justificavit; quos autẽ justificavit, illos ẽ glorificavit.

At PP quidẽ hoc loco nisi frequenter docent vitã æternã prædestinari ex præscientia meritor. Nonnulli etiã voces „sec. propositũ" interpretantur, nõ Dei, sed hominũ sit voluntas. Quæ explicatio quamquã falsa ẽ, tamẽ monstrat qualẽ PP intellexerint ordinẽ præscientiã inter ẽ prædestinationẽ. –
Explicemus singula verba:
a) qui sec. propositũ vocati sunt sancti. ultima vox in gr: nõ habetur, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν – sancti in N. T. ipsi christiani sunt, itaq. voce hac s. addita s. detracta sensus õio nõ mutatur.
propositũ πρόθεσις – 5ies occurrit in N. T. semper significans beneficiã ab æterno destinati collationẽ in tempore, exclusis meritis naturæ v. jure hum. nõ = voluntas antecedens. conditio: sed absoluta, quæ præscientiã includit – Rom. IX. 11. Eph. I. 11. III. 11. 2 Tim. I. 9.
vocati, κλητοί, significant illos quoq., qui vocationẽ nõ sunt secuti, ut opponantur electi – Matth. XX. 16. XXII. 14 – alias sunt fideles, qui vocationi re vera obtemperaverunt – Ita sæpissime Paul. Hic vero vox addita „sec. propositũ" demonstrat sermonẽ esse, de illis qui revera secuti sunt vocationẽ div.
quos præscivit: alii 3es supponunt significationes: 1º simpliciter præscire – 2º amare, eligere, 3º prædefinire –
præscire actus quidẽ intellectus ẽ, nõ autẽ voluntatis. At scientiã div. ubi ad bona refertur, approbativa ẽ adeoq. amorẽ includit, si vero eor. ẽ, quæ Deus efficit, scientiã practicã ẽ voluntatemq. includit effectivã. –

Ita scire ē prænosse dicitur Deus fideles suos, sensu composito, ut gratiis cumulantur – Jo. X. 14. 15. 2 Tim. II. 19.
H. sensu sunt πρόθεσις signif. directe benignā voluntate, oblique vero præscientiā, ita πρόγνωσις præscientiā signif. in connotatione benignæ voluntatis
prædestinare, προορίζω – cf. th. 56. n. 2.
Verba igitur: præscientia, propositū, vocatio sec. propositū, prædestinatio, quando ad ea referuntur, quæ fieri nō possunt absq libera creaturæ cooperatione, significant operationē voluntatis div. ē prævisā liberā cooperationē ~~voluntate~~ creaturæ – de relatione vero quæ obtinet inter Dei nostramq operationē, nihil dicunt, sed h. aliunde demonstrari debet.
<u>conformes fieri imaginis filii sui</u> – Conformitatē cū Cto Paulus 2er considerat ~~est~~ moriendi cū Cto sec. veterē hoē, resurgendi cū Cto in vita nova.
Utramq conformitatē in h. cap: commendavit Apost:
Ē igitur conformitas, ad quā prædestinati dicuntur fideles, 2^ex v. etiā 3^ex: conformitas ~~tū~~ mortis per compassionē ē conformitas gloriæ ~~[illegible]~~ per glorificatā, tū inchoatā tū consummata.
<u>v. 30. glorificatio</u>: quæ: utrū sit vitæ futuræ an præsentis. H: alterū pō probabile videri, maxime si spectetur forma præterita „glorificavit" ἐδόξασε quasi agatur de facto jā completo in justis. Præterea quos justificavit, etiā glorificasse dicitur, q. nō ē verū, nisi accipiatur de præsenti gloria adoptionis.
Attamē præferenda ē aliorū opinio, dicentiū cū conformitatē illā tū glorificationē ē ad præsentē vitā pertinere ē ad futurā. Ubi nihil obstat aoristus. Conjunctio vero: quos justificavit, hos ē glorificavit – h. unū indicat quo per se, ex Dei intentione, justificatio pertineat, dummodo accedit perseverantia.

Hæc igitur explicatio erit verborū Apli:
Vocatis sec. propositū ē diligentibus Deū, oīa, etiā adversa, in bonū eveniunt, quādiu perseverant in dilectione Dei (quamdiu operantur, tamdiu iis cooperantur oīa, etiā adversa). Nō fortuito neq absq Dei consilio hæc adversa accidunt, nā quos prænovit diligentes Dei, eos prædestinavit ad conformitatē cū Filio suo, quæ gloriosa in altera vita, in hac obtinetur per labores ē passiones. Neq in hac prædestinatione ad conformitatē includitur prædestinatio ad gloriā nullis meritis prævisis, sed expresse declaratur conformitas laboriosa esse conditio necessaria conformitatis gloriosæ. Quos prænovit præscientia benevola, sed ut vocatos ē diligentes, eos hac supposita præscientia ad conformitatē completā in altera

vita praedestinavit: quae ētern praedestinatio ē pō merita praevisa.

9. autē dixit: v. 30: quos autē praedestinavit, hos ē vocavit; ē quos vocavit, hos ē justificavit. quos autē justificavit, illos ē glorificavit – nō pō creare difficultatē, nā praedestinatio eodē mō intelligenda ē quo v. 29 ē glorificatio eodē sensu quo conformitas cū Cto.

Neq hic agitur de praedestinatione ad solā gloriā sed ~~aut~~ praedestinatio conformitatis ē cū Cto s. ~~part~~ialis ad gratiā ē merita s. completa ē ad gra~~tia~~ ē gloriā.

Hancq praedestinatiōnē aeternā consequitur in tempore executionis ordo: vocatio, justificatio, glorificatio.

II. autē in oī sententia aeq verū ē.

Cap. 1.

De Sacramentorum ratione intrinseca et de differentia Sacramentorum A. et N. Legis.
(Th. I - III)

Franzeliniana 1.

Th. 1.

De Sacramenti notione ē generica ē specifica.

Sacramentū ex sua etymologia dicit rē sacrā: in usu profano pignus a litigantibꝰ apud pontificē v. in loco sacro depositū, maxime vero jusjurandū quo milites se obstringebant.

In usu eccl. respondet Graecorum μυστήριον, μυεῖν sacra docere - μύειν oculos v. os occludere q. ē sacrū arcanū

Unde generalis apud Latinos sacramenti notio duplex ē ut ē sacrū signatū ē sacrū signans capiunt (Magist. IV. dist. 1). Appellantur ergo sacramenta res quae sacrae ē occultae omnia fidei christianae objecta ē quā sola div. revelatione fidelibꝰ innotescunt ē occultantur ab nō initiatis.

Eph. I. 9. III. 3. 9. Coloss. I. 27. 1 Tim. III. 16.

In 1 Cor. XIII. 2 Vg: si novi mysteria omnia - Aug: si sciero omnia sacramenta.

Sap. II. 22. VI. 24. -

Eadē significatione adhibetur vox apud vetustissimos eccl. Scr.

Tert: ejꝰdē sacramenti (h.e. doctrinae) una traditio " Praescr. 20.

Id: Paulū cognovisse oīa sacramenta (De resurr. carn. 23.)

Id: nos consentes intellectū sacramentorū Dei (con. Marc. III. 16)

2º Altera significatio in priori vexa ē, ut sacramenta dicantur res quaedā ordinatae in signa aliarū rerū sacrarū.

" Signa, cū ad res div. pertinent, sacramenta nominantur " (Aug. ep. ad Marcellinū 138 n. 7)

Hoc sensu typi V. T. dicuntur sacramenta

Tertull. c. Marc. V. 1 ē 4. adv. Jud. 13.

H. sensu latiori possunt etiā sacrificia appellari sacramenta

Aug: Sacrificiū visibile invisibilis sacrificii sacramentū i. e. sacrū signū ē " (Civ. Dei X. 5)

Aug. Sacr. ē invisibilis gratia visibilis forma - cf. Hug. de S. Victo. Summa sent. Tr. 4. c. 1.

Hoc sensu quaecunque caeremonia sacra, quae in cultu externo adhibetur, dici sacramentum pot.

Aug: In nullum nomen religionis s. verum s. falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum v. sacramentorum visibilium consortio colligentur.. (adv. Faust. XIX. 11)

Ostenta divinitus ordinata ad significandum tum arcana futura tum res sacras praesentes in Vulg. sacramenta appellantur, ubi in orig: habetur
רז (chald.) v. μυστηριον
(Dan. II. 18. 30. 47. Ap. I. 20. XVII. 7)

Injuste vero protestantes nos calumniantur q. propterea matrimonium pro sacramento habeamus, quia nostro arbitrio ac libitu vocem μυστηριον ap. Eph. V. 32 sensu strictiori acceperimus, rejecto sensu latiori. Nos enim non negamus matrimonium dici recte sacramentum posse, etiamsi signum solum esset unionis Christi cum Ecclesia tanquam capitis cum corpore, ac nihil praeterea. Adsunt enim alia argumenta, quibus innititur doctrina de matrimonio, vero ac proprio sacramento.-

---

II. In Eccl: Dei sunt signa quaedam, quae licet conveniant cum aliis in genere significandi rem sacram, differunt tamen tum in modo efficaciae significandi tum in re significata. Sunt enim ritus quidam a Christo D. instituti qui non quolibet modo rem sacram, sed practice significant, i.e. et signa existunt et causae simul efficiendi rem sacram quam significant. His specialibus signis sacramenti vocabulum tum est factum proprium in usu christiano, ut de reliquis illis signis non nisi improprie adhiberi possit. Quod etiam in aliis vocibus accidit, ut generica significatio in specialem transierit ac limitatam denotionem, cujusmodi sunt voces: gratia, sacrificium, baptisma etc.

Tum vero si nulla alia praeter N. T. sacramenta ita nominarentur, constaret aperte de sacramentorum et essentia et definitione. Esset enim illa significatio efficax sanctificandi

nota aliqua particularis ē ita N. T. sacramentis comunis, ut ea distingueret a reliquis rei sacræ signis, quæ nonnisi improprie sacramentoꝝ vocabulo indicarentur.

At tu Concilia tu PP omnesq theologi in V. quoq T. aliqua proprii nominis sacramenta admittunt. Profecto discrepant theologi quā maxime tu in sacramentoꝝ V.T. notione specificæ ~~generice~~ diffinienda tu in numero eoꝝ stabilirendo, at consentiunt in eo q. V. quoq oeconomia sua habuerit proprii nominis sacramenta.

Quā ob rē inveniendā ē communis utriusq T. sacramentoꝝ notio ac definitio.

De numero N. T. sacramentoꝝ eoꝝq definitione specifica constat inter catholicos - Trid. sess. VII. can. 1. 6. qui vero V. T. sacri ritq ē qui soli debeant proprii nominis sacramenta censeri, adhuc nō dijudicata quæstio ē.

Unde apparet sacramentoꝝ proprii nominis definitionē genericā nō esse tanti pretii quanti ē sacramentoꝝ N. L. definitio specifica - hanc eni tradidere ē Flor. ē Trid de illa vero nō nisi negative h. e. quid nō sint quā quid sint sententiā suā aperuere. Trid. VII. can. 2. Cf tamē XIII. c. 3. ubi generica videtur Sacramenti definitio haberi: symbolū rei sacræ ē invisibilis.

Necesse igitur ē, ut quædā stabiliatur via ac ratio clare indicandi essentiā sacramenti V.T. Id. autē fiet si considerentur proprietates essentiales sacramentoꝝ N. T. Tu utriusq T. sacramentis comunes erunt notæ illæ essentiales, quæ nō pertinent ad specialē rationē oeconomicæ, sub qua fuere instituta.

Sacramentoꝝ autē N. L. notæ essentiales hæ habentur:

1° sunt signa visibilia sanctificationis ē gratiæ qua filii Dei adoptivi constituimur.

2° Hac gratiā ita per sacramenta significatā, ut nō ponentibq obicē re vera tanquā per instrumenta quædā conferatur. Sunt ergo

signa efficacia s. causæ instrumentales.
3º Sunt ritg, pertinentes ad cultū religiosū, ordinariū, divinitg institutū, nō ergo sunt in numero charismatū extraordinarioꝝ neq ab humana institutione suā originē ducunt.
4º Quamquā sunt sacri ritg, nō tamē directe ē proxime eoꝝ exhibitione ~~hom~~ cultg Deo exhibetur ab homine sanctificando, sed hic ~~sub~~per eoꝝ applicationē sanctificatur, ita tamē ut requiratur etiā ejg cooperatio: Unde vocantur sacræ initiationes, ἱεραρχικαι τελεται — differuntg a sacrificio.

Iā vero comparatione facta inter indolē N.T. V.q T. oeconomiā videtur specifice N.T. sacramentoꝝ esse in gratia in præsenti conferenda per ritū externū. In N. enī T. habetur gratiā ē veritas, spiritg adoptionis filioꝝ, lex in cordibg scripta, circumcisio cordis in spiritu. — In V.L. adsunt cærimoniæ extrinsecæ „justitiæ carnis", respondentes illig oeconomiæ indoli, quæ tota ē in emundatione carnis ē quadā legali sanctificatione, quæ nō peccatū aufert, sed immunditiā legalē ē lege statutā irregularitatē. Porro hæc legalis sanctificatio typg erat ē promissio sanctificationis theol: in N.T. impertiendæ, lex enī tota „pædagogg erat ad Chrū, introductio melioris spei ē omniā in figura contingebant illis. — S. Th. 1. 2. q. 103. a. 2.

Jo. I. 17. Rom. II. 29. VIII. 15. Hebr. VIII. 10. IX. 9. 10. 13. Gal. II. 16. III. 24. Hebr. VII. 19. 1 Cor X. 11.

—

Ergo in Sacr. V.L. pro veteris oeconomiæ indole ac natura substituenda ē loco significandæ gratiæ præsentis significatio typica gratiæ futuræ per Chrū, loco sanctificationis theol: sanctificatio legalis. Hinc duplex

Th. I (seq.)

e diversa sanctificationis significatio adē in sacramentis V.T. altera δικαιωτικη efficax sanctificationis legalis in praesenti, prophetica altera, praedicens sanctificationē theol. in futuro. Ecce habes differentiā essentialē specificā inter utriusq T. sacramenta.
Proinde haec erit ratio sacramentorum V.T. ut fuerint

a) ritq sensibiles divinitq instituti
b) signa ē causae sanctificationis legalis, per quā existebant etiā
c) signa gratiae per Chrm conferendae
d) pignora ē promissiones hujs gratiae futurae

unde appellantur causae morales gratiae conferendae in N.T. (Lugo).

Ut habeatur definitio generica sacramenti, qua distinguatur a reliquis signis sacris, abstrahendū erit ē a significatione gratiā praesentis v. futurae ē a sanctificatione theol. v. legali: tū absq dubio haec exsurgit definitio: signū visibile divinitq institutū ad hominū sanctificationē modo propriae oeconomiae respondente ē significandā ē sui applicatione ~~atq.~~ efficiendā.

1° Proprii nominis sacramenta in V.T. fuere circumcisio, sacerdotū initiatio, expiationes, agnq paschalis, panes propositiones ē si quae alia

2° neq sacrificia neq pleraeq ceremoniae (tabernaculi consecratio, vasorum expiationes) tūet typicae neq alii typi (transitq per mare rubrū, manna, serpens aeneq) ~~etc.~~ fuerunt sacramenta propriē dicta.

3° Nulli N.T. ritq censeri sacramenta possunt qui nō sint signa efficacia gratiae - unde sacramentalia quae dicuntur, tonsura ē ordines minores (facta hypothesi q. gratiā

nō cōferunt itēq absolutio a censuris, professio
religiosa sacramenta nō sunt, nā deē illis ea
significatio quæ ex opere operato efficax ē
gratiæ - hæc sola in N. T. censeri pō sacra-
mentalis.

4° Negi. Verba Cti remittentis peccata, neq forte
actio qua Apostolos sacerdotes instituit,
sacramenta erant, quā nō essent ritꝯ in per
petuū instituti. At corporis ē sanguinis
sui consecratio in ultima cœne erat confectio
proprie dicti sacramenti, quia ritꝯ ejꝯ in
perpetuū manet ita, ut Ctꝯ eū instituit.
Sacramenta autē tū poenitentiæ tū ordinis
instituit quidē, poterat tamē eoꝶ effectu
conferre absq sacramento.

Franzeliniana

86

Th. 2.

De Sacramentorum N. T. relatione
tum ad vetera tum ad bona coelestia.

I. Duplex in V. T. distinguenda est oeconomia, altera spiritalis, quae est hominis quamvis lapsi destinatio ad aeternam beatitudinem; altera particulare foedus, initum primum cum patriarchis, deinde absolutum cum populo Jud. per Moysen.
Prior illa in paradiso instituta universalis est, pertinens ad totum genus humanum, aeterna, nunquam abroganda, sed in temporis plenitudine perficienda: spiritalis tum per finem tum per media ad finem conducentia.
Foedus vero Mosaicum, quatenus distinguitur a pacto illo universali spiritali (sub qua ratione D. Paul. considerare caeremonias solet et opera legis), est temporarium, externum, cujus promissio et haereditas erant bona temporalia, cujus vero sanctificatio tantummodo legalis est, (Pad Hebr. IX. 13) quaedam carnis emundatio. Utraque et haereditas et sanctificatio typus erant ac figura et haereditatis et sanctificationis spiritalis in V. T. per Christum conferendae. D. Th. 1. 2. q. 103. a. 2.
Si haec oeconomia antiqua, caerimonialis ac typica, conferatur cum N. T. institutionibus, illa se ad Christi Ecclesiam habebit, sicut Ecclesia in terris ad patriam coelestem. Quomodo Synagoga paedagogica quaedam erat ei praeparatio ad Ecclesiam Christi in terris militantem, ita haec ipsa praeparatio est ad coelestem Jerusalem, media inter umbram veterem ac futuram in coelis consummationem. Quae eadem comparatio instituenda est inter utriusque L. sacramenta. D. Th. 3. q. 61. a. 4 ad 1.
D. Paul. ad Hebr. scribens X. 1 distinguit V. T. umbram ab imagine N. T. et rebus ipsis in coelo. Nam etiam N. T. instituta visibilia imago sunt futurorum bonorum quorum fruitio absque velatione

adhuc a nobis expectatur. Per umbrā pervenit genus humanū ad imaginē, ut inde ad plenā rer possessionē deducatur ~~quæ~~ in coelis datur.

„Umbrā habens Lex futuror bonor, nō ipsā imaginē rer" σκια, εικων, πραγματα.

N. igitur T. ad V. se habet tanquā corpus ad umbrā Col. II. 17; ad patriā vero coelestē, tanquā imago ad res quas repræsentat.

PP. eloquentissime de hac comparatione disputant.

Ambros: Umbra præcessit, secuta ē imago, erit veritas. Umbra in Lege, imago vero in Evangelio, veritas in coelestib....

Jā discessit umbra noctis ē caliginis Judæor dies appropinquavit Ecclesiæ. Videmus nunc per imaginē bona ē tenemus imaginis bona... nunc eū (Xtū) nō videmus, tunc videbimus, cū imago transierit, veritas venerit. Tunc jā nō per speculū, sed facie ad faciē ea, quæ sunt perfecta, videbuntur. Ascende ergo homo in coelū, ē videbis illa, quor umbra hic erat v. imago; videbis nō ex parte, nō in ænigmate, sed in consummatione, nō in velamine, sed in luce (in ps. 38 n. 25 de off. I c. 48 n. 248)

Dionys. nostrā Hierarchiā (h.e. omnes initiatos) mediā appellat inter legalē ē coelestē, quæ ipsa sua medietate attingit utramq extrema – Eccles. Hier. 5, 2.

S. Bruno Ast. Tria tabernacula in mediū produxit ex mente Apostoli (ad Hebr. IX) 1ū synagoga, alterū Ecclesia, 3ū coelū... Primū in umbra fuit ē figura, 2ū in figura ē ē veritate, 3ū in veritate sola. In 1º ostenditur vita, in 2º datur, in 3º possidetur (Homil. 34)

II. Idē habitꝰ apparet, si distinctiꝰ comparentur inter se sacramenta utriꝰq L.
Sacramenta N. L. ex natura sua apta sunt ad significandū, ex Xti institutione significant gratiā, quā conferendi vī habent, deniq s. similitudine quā præ se ferunt s. dignitate ac institutionis memoria exprimunt mortē Xti, ex cujꝰ meritis tanquā fonte comuni omnia fluere; deniq propter vitæ collationē præsignant tanquā pignora vitā beatā ē gloriā. - Sunt ergo signa demonstrativa, comemorativa, prognostica.

S. Th. 3. q. 60. a. 3. in 4 dist. 1. q. 1. a. 1. sol. 1. ad. 4. S. Bonav. in 4 d. 1. a. 1. q. 2. ad 4.

De Baptismo 3ē hanc significationē Paul. declarat: Consepulti sumꝰ cū illo per baptismū in mortē (veteris hominis)... Si enī complantati facti sumꝰ similitudini mortis ejꝰ, simul ē resurrectionis erimꝰ. (Rom. VI. 3-5)

De Eucharistia prædicat Eccl: qu. in ea recolitur memoria passionis ejꝰ, mens impletur gratia ē futuræ gloriæ nobis pignꝰ datur. (Jo. VI. 50-59. 1 Cor. XI. 24-26)

Itaq sacramenta N. T. ē significant ē efficiunt vitā gratiæ præsentē, inde significant Xti merita, Salvatoris nostri; deniq per hanc 2ē significationē tanquā pignora referuntur ad significandā vitā futurā.
Sacramenta V. T. significabant ē efficiebant emundationē justitiaꝗ legalē ac typicā, per quā significationē referebantur ad præsignandū Salvatorē ē vitā gratiæ in N. T.
In sacramentis V. T. merita Xti vitaq gratiæ præsignantur ut futura, in sacramentis vero N. T. quippe jā completa ē actu exhibita præfigurant gloriā futurā.

S. Aug. in Ps. 73. n. 2. contr. Faust. XIX. 13.

Th. 3.

Sacramenta tum legis naturae tum circumcisionis discrepant efficacia sua a N.T. Sacramentis.

I. Qui utrum ante Baptismi institutionem fuerit remedium divinitus institutum, quo infantibus remitteretur peccatum originale.

Ad hanc quaestionem respondent affirmative tum PP. gravissimi tum omnes fere theologi scholae communi consensu, ita ut absque temeritate eorum solutio non possit in dubium vocari.

1° Ordo reparatus incipit statim post lapsum, facta Reparatoris promissione primis nostris parentibus et est ex parte Dei universalis, omnes homines complectens.

a) Ante lapsum voluntas Dei salvifica ad omnes se protendebat homines, dummodo non praevaricarentur gratiae receptae.
Eadem voluntas permansit post lapsum — a pari

b) Humanitas, quam induit Salvator documento est pro toto hum. genere eum mortuum esse.

Ut in 1° Adamo continebatur totum genus lapsum, ita in 2°, in promisso Reparatore institutus est populus Dei reparatus, cum h. tamen discrimine, ut in statu naturae lapsae constituantur homines per generationem, in populum autem Dei, qui est supernat. societas, tum singuli transferendi sint ex societate naturali non absque supernat. actibus s. proprius s. Ecclesiae. Efficitur inde, semper divinitus fuisse hominibus parata remedia quorum ope a peccato liberarentur: pro adultis quidem exstabant gratiae saltem internae, intuitu futurorum Chti meritorum, ut propriis supernat. actibus possent ad justificationem pervenire; pro infantibus vero, ut aliorum actibus populo electo adscriberentur et ita Reparatoris futuri meritis quodammodo praeceptis satis fieret.

Cū hac universali Dei voluntate salvifica, prout constat per verbū div. cōvenire nō pō, ut a Deo negata sit hominibꝰ facultas aggregandi se ad Eccl. quamdiu nō pollent rationis usu, hujꝰ enī defectꝰ nō obstat, quin aliquis pertineat ad fidelium coetū. Si autē infantes potuerint per actꝰ alienꝰ fidelium coetui aggregari, sequitur potuisse eos participes fieri futuros Reparatoris meritoꝝ, nā merita haec pertinent ad populū Dei sanctificandū; infantes vero nullū ponant obicē meritis recipiendis. Nō autē constaret voluntas salvifica Oīpotentis nisi paratū esset remediū pro statu infantiae, quū in illo nulla sit possibilis propria cooperatio. –

Obj. Solet exceptio fieri petita ex parvulis, qui in matris utero decedunt; quū enī pro his nō sit institutū remediū, nō obstante universali illa voluntate salvifica, neq ex hac ~~infesti~~ compegni videtur hujꝰmodi institutio pro illis qui jā sunt in lucē editi.

Resp: a) pro statu parvuloꝝ qui in matris utero existunt, providit Deꝰ pro sua voluntate salvifica modo illoꝝ statui accomodatissimo, videlicet ut cura cooperationeq parentū et alioꝝ tū naturali tū supernaturali conserventur lucēq aspiciant coelestē. Alia vero remedii applicatio illis nō convenit.

b) diversa ē conditio infantiū pro utroq statu: qui in lucē editi sunt, membra sunt societatis hum. ē proinde aggregari possunt tanquā membra viva ac distincta visibilis Ecclesiae. Quādiu vero infans in utero latet, unū cū matre censetur ēq adhuc in via, nōdū vero pervenit ad societatē hum. prout membrū distinctū ac completū qua propter nulla alia ei congruit providentia, nisi ut perducatur ad hunc statū.

c) Comparandꝰ igitur ē diversꝰ statꝰ ~~amboꝝ~~ uteryꝝ nō vero major minorve numerꝰ morientiū in utroq, ut ritē intelligantur

verba Card. de Lugo: licet pro iis, qui extraordinarie moriuntur in utero, sufficiat providentia extraordinaria (per inspirationes e adjutoria parentibus concessa) pro iis tamen, qui paene innumeri quotidie moriuntur in infantia, requirebatur remedium commune e ordinarium."

d) Etiamsi ex voluntate illa salvifica per se spectata non sequeretur necessitas remedii quod applicari infantibus posset, hoc tamen eidem est seu fundamentum esse theol. ita, ut non solum inferatur sed illatio certa reddatur accedente SS. auctoritate omnium theologorum unisono consensu. E contrario inter omnes constat pro illis qui in utero materno decedunt, infantibus nec in V. quidem T. quod tamen amplioris gratiae est, institutum fuisse remedium immediatae justificationis.

—

2° Quum primum post exortam controversiam Pelagianam necessitas invecta est hujus quaestionis eliquandae, Aug. celeberrimus dogmatis de peccato orig. propugnator ac defensor, constanter pro inconcussa veritate habuit, tum ipsam circumcisionem fuisse sacramentum, tum ante illam aliquod ejusdem destinationis ac usus, extitisse sacrum institutum.

De concupisc. e nupt. II. c. 11 n. 24.

C. Julian. V. 11. n. 45: nec tamen credendum est, et ante datam circumcisionem famulos Dei (quandoquidem eis inerat Mediatoris fides in carne venturi, nullo sacramento ejus opitulatos fuisse parvulis suis; quamvis quid illud esset, aliqua necessaria causa Scr. latere voluerit. —

Id. de peccato orig. c. Pelag. e Coelest. n. 36. 37. c. Julian. III. 34. 35. De Baptis. IV. 31. Civ. Dei XVI. 27. —

Eandem doctrinam professi sunt S. Greg. M. Isidor. Beda, Bernard. Hugo Vict. Rupert. etc.

Suar: de Sacr. in gen. d. IV. sect. 1. Disp. V. sect. 1. Lugo disp. V. sect. 1. —

DD Scholae quamvis dissentiant quo modo s. in circumcisione s. ante eam infantibus remittebatur peccatum orig. tamen de re ipsa in unum consentiunt.

Suar: disp. IV. sect. 1: Affirmandum omnino est, in ea

Lege fuisse aliq. remediu ad infantiu salute a Deo institutu: Ita docent oes theologi in 4 Dist. 1. & 2 absq ulla controversia aut opinionu varietate, q. e signu, dogma h. certu ac indubitatu apud illos fuisse."

ib. disp. X sect 1: ita in Lege naturae quu Moysis oes infantes fuisse relictos sine remedio originalis peccati atq adeo oes qui mortui sunt ante usu rationis, damnatos fuisse, impiu e sentire e contra comune Eccl. traditione e sensu".

Ide affirmat Vasquez disp. 165 c. 1. n. 7.

—

Eide doctrinae no paru roboris affert epistola decretalis Inocentii III (cap. Majores – de Bapt. e ejq effectu l. III. tit. 42. c. 3.); no tame debet definite censeri, qui sermo de ea tantu indirecte.
Docet adv. Catharos Pontif. etia in V. T. infantibq orig. culpa remissa fuisse per circumcisionis mysteriu eaq fuisse necessaria ex ordinatione div. ne anima illa periret de populo Dei juxta Gen. XVII. 14 quo textu etia Aug. aliq PP. haud infrequenter usi sunt: ita in V. T. per baptismu ex deleri peccatu orig. e coelu aperiri q. in V. T. occlusu erat. Ratione aute hanc affert P. M: "Abit en, ut universi parvuli pereant, quoq quotidie tanta multitudo moritur, quin misericors Deq qui nemine vult perire aliq. remediu procuraverit ad salute"

—

II. Qu: quomodo in sacramento illo justificarentur parvuli. Haec quaestio multis scatet difficultatibq. Nã

1° Sec. Scr: ex operibq legis no justificabitur ois caro (Rom. III. 20). Hic in operibq pu ~~[illegible]~~ absq dubio locu circumcisio obtinet, qua ut reliquorq operu legis velut fundamentu. Unde ea Apost: ponit tanqua otu operu legalu compendiu, quae no ipsa justificet, sed absolute data sit tanqua ~~[illegible]~~ signaculu justitiae

Th. 3 (seq)

quae ex fide ē: Si Abrahā ex operibq justificatq ē, habet gloriā, sed nō apud Deū ... Dicimq enī, quia reputata ē Abrahae fides ad justitiā. Quomodo ergo reputata ē? in circumcisione an in praeputio? Nō in circumcisione, sed in praeputio. E signū accepit circumcisionis signaculū justitiae fidei, quae ē in praeputio." Rom. IV. v. 9-11. cf. II. 28 - III. 2.

Docet igitur Apostolq quidē quid circumcisio in Abrahā nō efficerit; scopū vero hunc habet, ut in Patriarcha tanquā in prototypo ex ipsa circumcisionis institutione ostendat, quid ipsa in se nō valeat.

—

vv PP inde a Justino & Iren. usq ad controversias Pelag. ~~uno velut ore~~, nisi polemice agant & argumenta petant ad probend peccatū orig: uno velut ore diserte affirmant: circumcisionē fuisse signū tantū justitiae, ad discernendos filios Israël ab reliquis gentibq, ad figurandā magnā illā circumcisionē spiritalē quae per baptismū efficitur; nō fuisse datā ad justificationē, nō in salutis praerogativā, nihil profuisse ad justitiā. Hanc vero ejq inefficaciā tū ex ipsa institutione apparere tū ~~ex~~ eo q. uni tantū sexui prospiciat, cū ea, quae sunt salutis, praesto sint oībq.

Cf. Bellarm. l. II. c. 15. Suar. D. V. s. 1. de Lugo d. 8. s. 2.

A fortiori+ eadē sententia esse de sacramento q. legis naturae dicitur apparet ex habitu intercedentis inter legē naturae ac legē scriptā, videlicet imperfectiorē & magis perfectā. —

Deniq conciliorū ~~autoritate~~ tū Flor: tū Trid. probari inefficacia pō oīu sacramentorq ante N. T. institutorq, ergo circumcisionis prorq ac sacramenti legis naturae.

Concil. Flor: N. L. 7 sunt sacramenta ... quae multū a sacramentis differunt A. L. Illa enī nō causabant

+ Ē enī probabilior & communior theologorq sententia, tū ante institutā circumcisionē pro infantibq oībq tū pō illā etiā pro Israelitis feminis fuisse necessariū signū aliq. visibile ad fidei applicationē q. sacramentū naturae dicitur. Vasquez quidē (in 3 P. disp. 165. c. 3) solā fidē putat internā parentū v. aliorq sufficisse ad illos infantiū justificandū per merita Chti venturi, qua in opinione admitti nō pō ullū sacramentū legis naturae. At necessariū fuisse aliquē actū religiosū externū, quamvis nō determinatū in individuo, constat ex eo q. infantes aggregandi erant civitati Dei Sal: quae aggregatio fieri profecto nequibat sine aliquo actu visibili religioso.

gratiā, sed eā solū per passionē Cti dandā esse figurabant: hæc vero nostra ē continent gratiā ē ipsā digne suscipientib9 conferunt.

Trid: Si quis dixerit ea ipsa N. L. sacramenta a sacramentis A. L. nō differre, nisi quia ceremoniæ sunt aliæ ē aliī rit9 externi, a. s.

Qua in re animadvertend ab utroq Conc: totū quo fuerint sacramenta aliqua, temp9 in duas distribui partes, in legē novā ē antiquā, nō vero legē opponi gratiæ, sed nomine L. A. contineri præter Mosaicā totā oeconomia ab Adamo usq ad Ctū vigentē.

Qūm præterea Concil: ambo id agant ut N. L. sacramentoꝝ efficaciā pro antiquis illis, gratiā præfigurantib9, nō vero dantib9, asseverent, evidens ē falli eos, qui circumcisionē nō putant inter A. L. sacramenta ab utroq Concil. computari, videlicet q. ante L. Mosaicā jā patriarchaꝝ tempore fuerit instituta.

Neq recte Card. de Lugo judicat (d. 3 s. 2 n. 32. d. 5. s. 3. n. 53 sq) circumcisionē quidē, nō vero sacramentū Legis Naturæ q. dicitur, a PP Flor: in sacramentoꝝ numero comprehendi. (Cf. Suar. d. X. s. 2)

III. Qūm igitur 2 illa videantur inter se pugnare ut infantes absq proprio actu ullo justificentur ē tamē sacramentū, per q. justificantur, nihil valeat ad justitiā conferendā (infirma ē egena elementa Gal. IV. 9) neq liceat alterutrū negare, ut fecerunt nonulli, remanet ut 2 veritates illæ, jā extra dubiū positæ, aliquo modo inter sese componantur.

Gratiā ex meritis futuri Redemptoris infundebatur omnib9 quicunq inserti erant populo Dei vivi. Quæ insertio adultoꝝ nō fiebat absq actib9 eoꝝ supernat. Hoꝝ ante radix erant fides, spes, charitas. Infantes vero inserebantur alioꝝ actu religioso, signo visibili sacramentali, qua in aggregatione Ecclesiæ fides ita infantib9 applicabatur, ut etiā corā Deo haberentur in numero fideliū. Fides hæc erat

dispositio sufficiens ad sanctificationē ex futuris meritis Chti. Haec si admittantur, ipse Deus dicendus ē sanctificationis causa efficiens; meritū Chti, objectū fidei, causa ejus meritoria; fides Eccl: quodamodo in infante tralata, ex quo factus erat membrū adhaerens populo electo, erat dispositio ē veluti apprehensio meritor Chti sanctificatoris. deniq sacramentū ipsū nō causa sanctificatiōnis erat, sed instrumentalis causa aggregationis ad Eccl. ē signū sanctificationis Chtiq sanctificantis.

Unde illor justificatio infantiū nō ex opere sed ex fide erat, nō ex Lege sed ex promissione – Rom. IV. Gal. III. 18 veruq utruq ē, tu sacramenta illa, si nostris conferantur, inefficacia ~~ad~~ sanctificationis fuisse tū per illor mysteriū (ut ē apud Innoc. III) ē per rē sacramenti, per rē illis sacramentis significatā atq ~~cor~~ in receptione peccatū remissū fuisse, justificationē collatē. –

Tale extitisse discrimē inter vetera ac nova sacramenta constanter professus ē D. Aug. qui sec. multos thol: maxime efficaciae circumcisionis fuit assertor – cf. II cc.

Contr. litt. Petil. II. 79: Circumcisio praenuntiabat justificationē nostrā … sed sicut aliud ē circumcisio Judaeor, aliud q. 8° die baptizator nos celebramus, ē aliud ē pasche q. adhuc illi de ove celebrant, aliud autē q. nos in corpore ē sanguine Domini accipimus, sic. alius fuit baptizmus Jo. alius ē baptismus Chti.

Quotiescunq igitur tū Aug. tū alii PP docent per sacramentū circumcisionis, per magnū sacramentū Mediatoris venturi, per mysteriū circumcisionis in parvulis expiatū esse peccatū, intelligenda sunt verba ista de re sacramenti, de re praefigurata in veteribus sacramentis, de meritis gratiaq Salvat: Unde stare nō pōt multor scholasticor opinio tanquā Aug. aliq PP qui sacramento legis naturae tū circumcisioni tribuerint vī expiatoriā

D. Th. 3 q. 70 a. 4 (c): In circũcisione conferebatur gratia quantũ ad oẽs gratiæ effectꝰ, aliter tamẽ quã in baptismo. Nã in baptismo confertur gratia ex virtute ipsiꝰ baptismi, quã habet in quantũ ẽ instrumentũ passionis Chti, cujꝰ signũ erat circũcisio; ita sc. q. homo qui accipiebat circũcisionẽ, profitebatur se suscipere talẽ fidẽ, v. adultꝰ pro se v. aliꝗ pro parvulis ... E quia baptismꝰ operatur instrumentaliter in virtute passionis Chti, nõ autẽ circũcisio, ideo baptismꝰ imprimit characterẽ incorporantẽ hoẽ Chto ẽ copiosiorẽ gratiã cõfert quã circũcisio, major enĩ ẽ effectꝰ rei præsentis quã spei. –

ib. ad 4ᵘ: in circũcisione auferebatur orig. peccatũ ex parte personæ, remanebat tamẽ impedimentũ intrandi in regnũ coelor ex parte totiꝰ naturæ q. fuit sublatũ per passionẽ Chti. E ideo etiã baptismꝰ, ante passionẽ Chti, nõ introducebat in regnũ. Sed ẽ circũcisio, si haberet locũ pñ passionẽ Chti, introduceret in regnũ.

ib. ad 5: adulti, quando circũcidebantur, consequebantur remissionẽ, nõ solũ orig. peccati, sed etiã actualiũ peccatorꝫ, nõ tamẽ ita q. liberarentur ab oĩ reatu poenæ, sicut in baptismo in quo confertur copiosior gratia.

ẽꝗ inter PPillos aliaꝗ documenta, quibꝰ veterũ sacramentorꝫ inefficacia affirmatur, nõ nisi apparens discrepantia. –

Coroll.

1° Donec sub lege naturæ populꝰ Dei nondũ erat redactꝰ in unã nationẽ, vinculis politicis ac religiosis colligatã, sed per singulas familiãs tanquã membra lacera distributa, sufficiebat quivis ritꝰ religiosꝰ ad parvulos mystico futuri Redempt: corpori inserendos, inde silet Script: silet Trad:

2° At per ministeriũ Moysis posteris Abrahæ in unã nationẽ congregatis atꝗ a ceteris gentibꝰ separatã, nõ poterant singuli in fideliũ numerũ recipi, nisi per signũ visibile ac peculiare circumcisionis.

3° Pro aliis vero gentibꝰ atꝗ pro femellis Jud: perseveravit illud legis naturæ pristinũ sacramentũ, nulli signo peculiari alligatũ ideꝗ videtur applicabile fuisse etiã pueris Hebr: si vel mortis instaret periculũ v. propter graves rationes differenda esset circũcisio. – (Cf. Jos. V. 2–9)

–

Cf. D. Th. 3 q. 70. a. 4: ad 2: Sicut ante institutionẽ circũcisionis sola fides Chti futuri justificabat tã pueros quã adultos, ita etiã ẽ circũcisione data. Sed antea nõ requirebatur aliꝗ signũ protestationũ hujꝰ fidei, quia nondũ hoẽs fideles seorsũ ab infidelibꝰ coeperant adunari ad cultũ uniꝰ Dei. Probabile tamẽ ẽ q. parentes fideles pro parvulis natis, ẽ maxime in periculo existentibꝰ, aliquas preces Deo funderent, v. aliquã benedictionẽ eis adhiberent (q. erat quoddã signaculũ fidei) sicut adulti pro seipsis preces ẽ sacrificia offerebant.

ib. ad 3: Si tamẽ aliqui incircũcisi mortui sunt (in deserto), eadẽ ratio ẽ de his, uti de his qui moriebantur ante circũcisionis institutionẽ. Q. etiã intelligend ẽ de pueris qui moriebantur ante 8ᵘ diẽ, tempore legis. –

Cap. 2.

De materia ē forma Sacramentor N. L.
(Th. IV V)

Franzeliniana.

Th. 7.

Sacramenta A. L. constabant tantū rebq, N. T. sacramenta ē rebq tanquā materia ē verbis tanquā forma conficiuntur.

Cum signū quodq 2ᵒ possit modo considerari, sacramenta autē in genere sint signor, duplex de illis fieri pō investigatio:

a) aut totū illud sensibile, q. signū ē, spectatur, ē deinde significatio, per quā signū ē. Tū res sensibilis erit veluti subjectū v. materia, significatio vero tanquā forma. Ita in sermone hum. verbor sonq aliquid materiale ē, significatio vero aliquid formale, efficiens videlicet, ut verba nō tantū sint sonq aliquis, sed praeterea idear expressio. Hoc modo spectata sacramenta totū ritū suū sensibilē ad modū materiae exhibent subjectūq significationis, significatio autē, quae ex div. institutione ē, formae instar ē, per quā ritq sensibilis fit sacramentū ē quae ritui inē tanquā subjecto. (Suar. d. II. s. 1. Lugo d. II s. 2 n. 38 19)

Haec tamē compositio quaedā metaphys. ē, de qua theol: nō agere solent. Itaq.

b) spectatur ipsū illud sensibile q. signū ē de cujq partibq instituitur quaestio. Haec erit compositio tanquā physica ē de hac sola agunt theol: quotiescunq loquuntur de sacramentor materia ē forma.

I. Ex ipsa sacri signi aut signi sacramentalis notione nō seq: ut constet verbis ē rebq, nā quāvis verba inter hoes obtinuerint principatū significandi, quaecunq animo concipiuntur - ut ē apud D. Aug. (Doctr. Chr. II. 3.) tamē res etiā absq verbo idē praestare possunt.

Qui modq significandi, per se minq perfectq atq expressq obtinebat in V. T. sacramentis, ubi si quae usitabantur verba, v. humanae tantū institutionis erant (in edendo agno paschali) v. nō pertinebant ad ipsā signi essentiā, v. locū habebant in caerimoniis, quae nō erant

sacramenta, sc. in benedictionib9 sacerdotalib9, gratiar actionib9 dū offerebantur primitiæ –
(Num. VI. 24. Deut. XXVI. 3. D.ˣ Th. 3 q. 60. a. 6 ad 3.)
Minor istor signor claritas ac determinatio, videlicet relate ad futurū Red: novūq T. congruebat œconomiæ minq perfectæ ē fidei minq explicitæ typorq rationi, quæ nō ē in descriptione exacta, sed quadā adumbratione futuror.

Sacramenta vero N.T. quæ nō sunt umbræ, sed imago rer, clariū significant, maxime principali significatione quæ nō futuror ē sed præsentis sanctificationis. Propterea nō solū reb9 constant neq symbolicis actionib9, sed præter res verba continent, quæ ē significant ē consecrant. Q. sane liquet tū ex ipsis singulor ritib9, prout in Scr. describuntur, tū ex Apost. traditione. Hæc autē manifestatur constanti doctrina usuqs oīū Eccles: cū unitatis centro cohærentiū. Qui ergo rit9 hac constanti ē universaliq Ecclesiar consensu ac prædicatione affirmantur tanqā necessarii ad sacramenti valorē, aliq dubios a Cto Apostolis, ab Apostolis Ecclesiæ velut essentiales traditi fuere.

Quamvis autē dubia existent de quib9dā ritib9 utrū essentiales sint nec ne ad sacramentor valorē, h. tamē constat de essentia sacramentor esse confici reb9 ē verbis quæ aut proprie sint verba aut saltē virtualiter, æquipollenter.

Esse quidē vere in V sacramentis de re hac nulla ē dubitatio, in sacramentis vero Pœnitentiæ ē Matrimonii nō de utriqs partis veritate, sed de modo, quo in iis verba ē res se habeant, aliqua existit dissensio.

Unde Flor: (instr. pro Arm.):
„Hæc oīa sacramenta 3q perficiuntur, videlicet reb9 tanquā materia, verbis tanquā forma, ē persona ministri conferentis sacramentū cū intentione faciendi q. facit Eccl. quor si aliquod desit, nō perficitur sacramentū.

× Sacramenta V. L. prænuntia erant Cti venturi. Et ideo nō ita expresse significabant Ctū sicut sacramenta novæ legis quæ ab ipso Cto effluunt ē quandā similitudinē ipsiq in se habent, ut dictū ē (in IX) Utebantur tamē in V. L. aliquib9 verbis, in his quæ ad cultū Dei pertinent, tā sacerdotes, qui erant sacramentor illor ministri ... quā etiā illi qui illis sacramentis utebantur.

De congrua ratione hujq sacramentaliū signor compositionis ita habet D. Thq. 3 q. 60 a. 6:
Tripliciter considerari possunt (sacramenta) ē quolibet modo congruit eis q. verba reb9 sensibilib9 adjungantur. 1° enī possunt considerari ex parte causæ sanctificantis quæ ē Verbū incarnatū; cui sacramentum quodamodo conformatur, in h. q. rei sensibili verbū adhibetur, sicut in mysterio incarnationis carni sensibili ē Verbū Dei unitū. 2° possunt considerari sacramenta ex parte hominis qui sanctificatur, qui componitur ex anima ē corpore; cui proportionatur sacramentalis medicina, quæ per rē visibilē corpq tangit ē per verbū ab anima creditur .... 3° possunt considerari ex parte ipsiq significationis sacramentalis .... ad perfectionē significationis sacramentalis necesse fuit, ut significatio rer sensibiliū per aliqua verba determinaretur.

II. Quaeri materiae e formae appellatio hac generali significatione no sit antiquior saec. XIII - videtur ante primus ea usus esse Guliel. Antissiodorensis, si tame ejus sit Suma nomine ejus insignita - no tame abeo discedendu e quin e communis facta sit omnibus deinceps theologis e usurpata in solemnibus Concilior actis, tu Constantiensis tum Flor. e Trid, e melius ac distinctius declaret mutua verbor rerumq in sacramentis relatione qua altera formula, qua dicuntur sacramenta confici rebus e verbis.

PP quando de sacramentor forma loquuntur, totu eor ritu intelligunt. (Lugo d. 2. s. 2. n. 35. 36)

De relatione materiae e formae haec sunt animadvertenda:

Valent haec de quavis forma tu substantiali tu accidentali

a) Unione materiae e formae aliquod novu integru constituitur, distinctu ab utraq;

b) materia imperfecta e, indifferens ad multas formas; forma vero ea perficit, determinat ad certa perfectione.

c) Materia ut perficienda supponitur, forma perficiens ad ea accedit, eaq elevans ad nobilius esse, totu compositu absolvit

---

Similis e relatio verbor e rer in N. T. sacramentis; e brevissime illa formula: sacramenta N. T. conficiuntur materia e forma praeclare exprimit intrinseca signor sacramentaliu ratione.

Ide exprimit Aug: quamvis no adhibeat appellatione formae e materiae: in Io: Tr. LXXX. n. 3: Detrahe verbu e quid e aqua nisi aqua? accedit verbu ad elementu e fit sacramentu, etia ipsu tanquam visibile verbu ... Unde ista tanta virtus aquae, ut corpus tangat e cor abluat, nisi faciente verbo?"

Analogia tame materiae e formae in compositionibus phys: no e ultra modu urgenda. Na in his materia e forma unu physicu constituunt requiriturq: physica utriusq unio; in sacramentis vero materia, quae minus expresse significat e forma quae illa determinat, una efficiunt significatione, signi unitate ad q. sufficit conjunctio moralis ambar s. ut sec. hominu

existimatione utraq ad unā significationē concurrat. Quali vero conjunctio requiratur, in singulis sacramentis ex Xti institutione colligend ē.

Movetur difficultas circa Poenitentiæ sacr: At in h. quoq admittendā esse aliquā materiā ē formā tū ex generali Florent: Concil: declaratione efficitur: omnia sacr: N. L. perfici rebq tanquā materia ē verbis tanquā formā - tū speciali argumentatione

1° Trid: sess. XIV. c. 2 de differentia sacramenti poenitentiæ ē baptismi - hæc docet: Ceterū h. sacramentū multis rationibq a baptismo differre dignoscitur. Nā præterquā q. materia ē forma, quibq sacramenti essentia perficitur, longissime dissidet etc.

2° Tū Flor: tū Trid: ē reliqua documenta eccles: absolutionis verba hujq sacramenti formā esse dicunt, nō sensu illo vetusto, quo PP totū ritū intelligebant, sed ea significatione quæ inde a sæc XIII, ut dictū ē, communis esse coepit, ut forma, essentialis pars sacramentalis ritq supponat materiā, tanquā alterā partē nō minq essentialē, ut constituatur signū sacramentale.

3° Flor: ē Trid: (sess. XIV. c. 3. can. 4) actq poenitentis esse quasi materiā sacramenti poenitentiæ, ubi particula „quasi" nō negat, sed declarat in h. sacramento nō eodē modo quo in aliis materiā se habere, at quoquq se modo habent, ~~semper~~ pertinent velut pars intrinseca ad sacr: H. enī suadet relatio hor verbor in formæ appellatione ab eodē Concil: adhibita, h. suadet 1a Flor: Conc. enuntiatio generale, ōia sacr: N. L. constare materia ē forma, h. deniq ipsa rei necessitas exigit. Nā v. actq isti poenitentis solū dispositiones sunt necessariæ (Scotq in 4 dist. 16. q. 1) v. pars sacramenti: si primū, immerito a Concil: dicerentur aliquid esse sacramenti; si alterū nō possunt esse nisi materia aut forma.

„Neq vero hi actq quasi materia a S. Synodo appellantur, quia veræ materiæ rationē nō habeant, sed quia ejq generis materia nō sint, quæ extrinsecq adhibeatur, ut aqua in Baptismo ē chrisma in Confirmatione" (Catech. Rom. de poenit. n. 17: verba desumpta ex Domin. Soto in 4 dist. 17. q. 1. -)

4° Hæc etiā doctrina ē D. Th. 3 q. 84. a. 1. ad 1ū q. Objicienti enī, poenitentiā nō esse sacramentū, quia nulla adhibeatur res corporalis, sub qua ex doctrina D. Greg: divina virtq in sacramentis operatur salutē,

Franzeliniana

Th. 7 (124)

respondet D. angelicus ad 1: nomine corporalium rerum intelliguntur large etiam ipsi exteriores actus sensibiles, qui ita se habent in h. sacramento, sicut aqua in baptismo v. chrisma in confirmatione.

ad 2. in sacramentis quae habent corporalem materiam, oportet quod illa materia adhibeatur a ministro Eccl. qui gerit personam Christi, in signum quod excellentia virtutis in sacramento operantis est a Christo. In sacr. autem poenitentiae sunt actus hum. pro materia, qui proveniunt ex inspiratione interna, unde materia non adhibetur a ministro, sed a Deo interius operante; sed complementum sacramenti exhibet minister, dum poenitentem absolvit.

Illi vero qui putant hac in sententia non solum sacerdotem, sed simul poenitentem fore sacramenti ministrum, respondend est quod in Euchar. et Poenit. ~~totus sacerdos~~ minister solus is est qui formam materiae conjungens, eam sacramentalem reddit in actu 2° et sic sacr: confecit. –

5° Auctoritas etiam theologorum qui post Flor: et Trid. scripsere, eandem opinionem constanter tuetur. Petrus Canisius, Valentia, Bellarm. Suar. Vasquez Lugo – denique Canus relect. de poenit. 4 fund. 5 qui eam tamen est habuit (a. 1547) et publici juris fecit (a. 1550) ante sessionem XIV celebratam (a. 1551).

Scotistae aliter loquuntur, at ipse Vega (qui Trid. interfuit) fatetur Doctrinam D. Th. magis consonam apparere Conc. Flor. et Trid. definitionibus.

Orig. ubi omnes dubitationes de canone N. T. exposuit, nihil ejg mod: neq de Apoc. neq de 1 Jo. commemorat. ~~Pr~~ Primus dicitur controversiae alicujus mentionē fecisse Dionys. Alex. in disputatione contra Nepotianos millenarios.

IV Omnia quae huc usq protulimus, confirmantur catalogis, in quibs libri omniū consensu recepti conscribebantur.

1º Catalogi occidentales exhibent omnes e solos libros N. T. quos nunc in canone habemus, nullo observato loci discrimine. 1/

2º PP orient. etiā ii qui controversias audierant circa libros N. T. omnes N. T. libros simpliciter inter ὁμολ. ὁμολογουμένους numeraverunt, parū dignā mentione existimantes controversiā, si quae existebat. Ita Athan. Synop. Epiph. Hiero. Ruf. Leont. Damasc. qui praeter nostros addit ex Concil. Trull. etiā canon. apost. 2/

3º PP. deniq illi, qui nonnullos ex his libris extra ὁμολ. numerū collocant, nunquā omnes addubitant, de illis autem quos omittunt, nunquā inter se conveniunt. Ita 3/

Ep. ad Hebr: omnes in canone ponunt, excepto fragm. Murat.

7 omnes cath. admittunt, solam omittunt Apoc: Naz. Cyrill. Concil. Laod. Canon Apost.

3 ep. cath. (1 Petr. 1 Jo. Jac) in ὁμολ. habent, quatuor vero una cū Apoc. ad ἀντιλεγ. reponunt: Vers. syr. Peschito, Amphilo. pseudo Chrys. in synops.

2 cath. (1 Petr. 1 Jo) in primo ordine ponit Euseb. Caes. hic adjungi a plurimis et reliquas; dubitari admodū de Apoc. ap. Orient.

Fragm. Murat. omittit ex deutero: ad Hebr. ~~Jac~~ 2 Petr. sed etiā 1 Petr. de qua nemo dubitabat, unde non videtur

istius scripti finis fuisse accurata omnium N. T. librorum enumeratio

Th. XVI.

Origo dubitationum de libris deutero. N. T.

Libri N. T. non uno tempore conscripti (a. 32–96) non fuere simul omnibus Ecclesiis traditi; ideo unus alterve potuit per tempus aliquod aliquibus Ecclesiis manere ignotus. Sed difficillime explicatur quomodo pleno III saec. facta jam collectione Script. et usu communi confirmata potuit ejusmodi dubitatio oriri.

Videtur duplex habuisse initium: a) ex applicatione criterii negativi i. e. raritas citationum penes vetustos scriptor.

b) ex abusu errantium, qui libris aliquibus doctrinam interpretabantur.

Criterium negat. applicabatur ad epist. cath:

alterum applicatum est ad Ep. ad Hebr. et Apoc.

I. De epist. cath. — Hi enim quamvis reperirent epist. has in una collectione adunatas, numquam vero sejunctas, quamvis viderent eas communi Ecclesiae usu ubique frequentari, tamen ad citandi modum et frequentiam penes vetustos Scriptores magis animadvertentes, quam usum Ecclesiae, ubi rarum inveniebant citationum numerum, putabant sufficientem adesse rationem non quidem negandi aperte attamen dubitandi de auctoritate libri. Unde non in ordine ὁμολ. sed τῶν ἀντιλ. eos ponebant.

Ita Euseb. declarat Jac. epistolam suppositionis suspectam esse. Sed cur, quaeso? "quia non multi veterum ejus meminerunt".

At, 1° h. argumentum negat. si quid probat, h. unum probat, non posse traditionem demonstrari certis veterum testimoniis, q. tamen non magni est momenti, si aliunde res constet. Hic vero habemus constantem et vigentem Ecclesiae usum.

2° argumentum istiusmodi negat. nullam vim habet, nisi demonstretur, scriptores eccles. debuisse necessario omnes illos libros citare, si eorum auctoritatem agnitam habuissent. Q. non modo non potest demonstrari, sed potius contrarium efficitur, nonnullos ex his libris, puta breves et ad specialem quendam scopum scriptas epistolas, non esse aptos ad i. genus citationum.

3° Quamvis non frequenter, semper tamen ita citantur N. T. libri deutero. ut ex usu PP. usus Ecclesiae inde a primis temporibus confirmetur. Ergo verum non est, eorum silentium aliquid probare. —

4° Illi ipsi, qui dubitationes exortas commemorant, simul referunt epistolas has e perseverante in Ecclesiae consuetudine e a plurimis fuisse agnitas ipsisq illis utuntur tanquam Script. Div.

Neq ullum apparet vestigium suppositionis, qua libri hi repente introducti fuerint in usum publicum.

Genuinitas vero traditionis extra dubium ponitur universali omnium Ecclesiarum consensu. Saec. IV e V fere omnes catalogis eas Apost. habent, exceptis paucis orientalibus qui Euseb. sequuntur e Junilio Afric.: qui multa erronea videtur didicisse a magistro Paulo ex schola Nisibena (inter Syros)

—

V. De epist. ad Hebr. Euseb. Hier. Aug. Isid. aliiq referunt fuisse unanimiter receptam in oriente, apud occidentales non ita — Junio addit

Hiero: latina consuetudo inter cano. Script. non recepisse

Aug: nonnulli eam in cano. Script. recipere timuerunt

—

Mirum est qd nusquam inveniri possunt multi illi, quos Euseb. eiq qui eum secuti sunt, contradixisse huju epistolae auctoritati tradiderunt. Ipsi ea utuntur sine hesitatione, nullus catalo. s. orientis s. occid. eam omittit, nisi excipias frg: Murat. cujus auctor quid plane sibi voluerit, non constat. Neq exstitit auctor aliquis qui ejus auctoritatem in dubium vocaverit.

Videretur Euseb. errasse, alios autem errorem ejus retulisse. Attamen aliunde constat PP. occidentales saec. III e IV exortis Montan. e Novatianos haeresibus cautius usos esse hac epistola — Hieronymus pertinet q.

Narrat Euseb. Cajum Romae disputantem adv. Proclum Montan. 13 solum numerasse Pauli epist: (ipse Cajus nulla scripta reliquit, nisi sit forte auctor fragm. Murat.) Cyprianus nunquam eam citat.

Tertull. ipsum Montan. quamvis pro more sectae suae nitatur ex illa errorem confirmare suum, non Paulo tamen, sed Barn. tribuit.

—

Constat testimonio veterum, Novatianos errorem suum non omnia peccata remittendi facultatem penes Ecclesiam esse, defendisse ex Hebr. VI. 4

Inde primum in disputatione cum Proclo Mont. vidimus hanc epist. a Cajo presbytero Rom. fuisse omissam. Quam agendi ra-

tionē alii videntur cath. imitati esse. –

Philastr: Leguntur Pauli XIII epistolæ ē ad Hebr. interdū ... quia facta lite dixit in ea, inde nō legitur; de poenitentia autē propter Novatianos

Videtur igitur hic fere fuisse totiq quaestionis decursq:

a) PP. vetustissimi eā ut Pauli librq Script: tradiderant. Paullo posteriores Clem. Alex. ē Orig. animadverterunt eā a reliquis Pauli epistolis discrepare, utrosque discrepantiā hanc in traditione optime conciliabant.

b) In oriente unanimi semper consensu habebatur ut cano: ē ut epistola Pauli, saltē quoad res ē sententias.

c) In occidente itē semper in catalogo erat; propter abusū tamē Montan. ē Novat: aliqui saec. III ē IV saec. scriptores libentiq ea abstinebant coepteq ē cautiq legi in Ecclesiis.

Unde alii eā nō Pauli esse contendebant, potiq extrinsecis illis usi argumentis, quā traditionē sequentes; alii omnino canonicā nō esse, qui tamen nec multi erant nec magnæ auctoritatis.

—

III. Apoc: inde ab ipsiq Jo. discipulis, usq ad Orig. nemine contradicente, in canone habebatur. Si Orig. aliquā inter cath. de re ea dubitationē reprehendisset, eā dubio litteris, ubi de canone Script. egit, consignasset eaq unc in 2ª ē 3ª ep. ejusdē Jo. inter ἀντιλ. relegasset.

Paullo pō morte Orig. (†256) circa a. 264 exortū ē schisma Nepotianū, unde originē suā ducens, q. Nepos, ep. Aeg. nō tropice sed litterali aliq sensu Scripturas intelligendas esse contendens, doctrinā de regno mille annoz ex Apocal. locis quibqdā perperā intellectis conflavit; scripto etiā libro contra Allegoristas.

Dionysiq, primū Orig. in regenda schola catech. successor, pōea Ep. Alex. duos scripsit libros „de promissionibq" adv. Nepotē quor II agebat de Apoc. Declaravit librū quidē esse inspiratū sanctiq auctoris, nō tamē evangelistæ sed alteriq Jo. Quod indicabat ex discrimine internō tū argumenti tū styli inter Apoc. aliaq Jo. scripta. Inde liquet de auctore modo incertū esse, de doctrina nō itē, imo contra libri calumniatores scripsit.

Narrat enī nonnullos ex his qui praecesserunt ἀνέτρεψαν [illegible] librū hunc repudiasse tanquā sensu ē ratione carentē, ἀσυλλόγιστον – ita ut juxta eos neq Apostoloz

quisquã nec senior in Ecclesiã virus librum conscripserit, sed Cerinthus heresiarcha. –

Hæc prima audita ē, nō dubitatio illa quidē, sedatus demensq calumnia. Hos tamē calumniatores nō fuisse cath. facile inde probatur, q. Dionys. hujusmodi sententiã, si extitisset intra Ecclesiã, nullo potuisset modo ignorare, q. praterea verba Dionys. optime cadunt in eos, quos alogos vocat Epiphan. viros hæreticos, qui omnia S. Jo. scripta respuentes, Apoc. tribuebant Cerintho eãq per singula capita tanquã absurdã refutantes.

Videtur igitur Euseb. narrationē Dionys. secutus, in eo falsus esse, quod illos nonnullos aestimabat cathol. esse cũ essent pessimi hæretici. – Aliter nō incideret in mirã illã ambiguitatē, ut librũ eundē, sec. q. supra retulimus, tũ in canone ponendũ esse, tũ inter spurios relegari posse significaret.

Pũ Euseb. sec. IV ev narrat Hier: Apocal. nō recepi apud orient. Re enim vera in nonnullis catalogis tũ omittitur tũ ex dubit. ponitur. Aliqui PP quos inter Cyrill. Hieros. omnino ab ea abstinuerunt. Nihilominus ē multi catalogi ē PP. plurimi iiq gravissimi eã in canone habent nulla controversiæ alicujus facta mentione.

Franzeliniana

147

Th. XVII

Explicatur locus quidam S. Hieronymi de consuetudine, qua Latini non recipiebant ep. ad Hebr. Graeci vero Apocal.

Hieron. ad Dardan. scribens (ep. 129) haec habet: Quodsi eam (ep. ad Hebr.) Latinorum consuetudo non recipit inter Script. canonicas, nec Graecorum quidem Ecclesiae Apoc. Jo. eadem libertate suscipiunt; et tamen nos utramque suscipimus, nequaquam hujus temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes...

Dicimus

1° Haec consuetudo nullo modo potest intelligi communis et publica, sed privata quorundam fuit dubitatio

a) Commemorata Latinorum consuetudine non recipiendi ep. ad Hebr. testatur nihilominus eam quotidiana Ecclesiarum lectione celebrari. Ergo privatae dubitationi opponitur usus publicus, eccles.

b) non affirmat simpliciter eam a Latinis non admitti sed transmittit argumentum ex latina consuetudine, qualiscunque ea fuerit, ab Eusebio petitum (III. 3. VI. 20)

c) inter tot scriptores eccles. latin. saec. IV usque ad a. 414 quo scripsit Hier. suam ad Dard. epist. nullus reperitur, qui eam epistolam ad Hebr. addubitaverit. In catalo: v. simpliciter 14 ponuntur Pauli epist: v. distincte ea ad Hebr. memoratur et dicitur in ecclesiis legi.

Fuit ergo consuetudo illa restricta ad paucissimos eosque non magni nominis.

Eodem modo intelligi debent verba in lib. de viris illustr. v. Cajus: sed et apud Romanos usque hodie quasi Pauli Apost. non habetur" ubi manifesta habetur versio amplificata ex Euseb: usque nunc a quibusdam Romanorum non creditur Apostoli esse"

2° Ipsorum dubitantium incertitudo non tam in libri auctoritate quam in scriptore ferebatur.

a) Hier. Aug. (quamvis iidem mentionem fecerint dubiorum circa admissionem in canonem) alii tamen in locis itemque Philastrius, Isidor. al. memorant totam controversiam de scriptore, quis fuerit.

b) Argumenta Lati. petita ex omissione nominis, ex stylo ornatiore, denique scriptorem quos dubitabant, nomine conveniunt plane cum iis quae habentur apud Clem. Alex. et Orig. Atqui Alex. illi non de auctoritate sed de scriptore ancipites erant – ergo idem sentiendum de Latinorum maxima parte.

3° Quae S. Hier. dicit v. directe (ratte) videtur de Graecor. nō admittendi Apoc. consuetudine, etiā debent admodū restringi.

a) usq. ad Orig. nulla ē dubitatio neq. in oriente neq. occid.

b) Hier. ipse fatetur, occid. Eccles. consensu extra quaestione esse.

c) Neq. ante Dionys. Alex. quando primū mota ē controversia neq. pō illū aliquod in occid. vestigiū dubitationis occurrit. Testantur multi PP. ē omnes qui extant, latini Script. canones.

d) Etiā in oriente his temporibg nō praevaluit consuetudo contraria, sed gravissimi PP. mira cū dicendibg sui consensione, ē citant librū ē auctore nominent. Ita usq. ad S. Hier: Method. Naz. Caesar. Basil. — frequenter quidē Athan. ex eodē patriarchatu Alex. ubi primā sedē propagavit controversia — itemq. Cyrill. Alex (pō Hier.), in Syria S. Ephrē —

e) Unde patet etiā pō Dionys. Alex. ē Euseb. aetate Apocal: remansisse tū Alexandriae tū in aliis Eccles. orient: in canone neq. ex usu publico remotā fuisse

f) Aliquot tamē PP. orient. pō Euseb: tempora putantes alicubi dubitationē exortā esse tū in catalogis componendis tū in controversiis polemicis a libro ejq. citationibg constanter abstinuerunt, quos inter Cyrill. Hier. Jo. Chr.

g) Haec illa libertas intelligenda ē nō suscipiendi Apoc: de qua loquitur Hier.

Sectio III

De authentia Vulgatæ ex declaratione Concilii Tridentini

(Th. XVIII. XIX.)

~~[illegible]~~ 150 Scripta.

Th. XVIII Th. 15

De dogmatica declaratione authenticae v. versionis v. editionis Scripturae.

I. αὐθέντης is ē qui potestate s. auctoritate habet. Inde Eurip: αὐθέντης φόνου δῆμος.
Sensu juridico authentia alicujus scripti s. instrumenti ē ejus auctoritas ad fidē faciendā, cujus fidei varii esse pō gradus, modique varii.

1° Auctoritas instrumenti si spectetur in origine sua, in αὐτογράφῳ – vocatur originalis; revocatur vero ad auctoritatē ejus, qui instrumenti ē auctor. Hac si constet, illa etiā constabit, unde fit ut instrumenti authentiā coincidat cū genuinitate ejus. Immerito tamē confunduntur.

2° alia ē auctoritas conformitatis h.e. τῶν ἀπογράφων. Videlicet demonstrata scripti originalis auctoritate omnia ex eo descripta exemplaria omnesque versiones eandē prorsus habebunt auctoritatē quatenus conveniunt cū textu originali. Hujusmodi porro authentiā coincidit in unū cū integritate exemplarū, cū versionū fidelitate.

Si vero scriptū originale auctoritatē nō habet, neque exemplarium integritas aut versionum fidelitas dici authentiā pō, nisi improprie.

Cujus generis illud ē q. Serarius dixit, posse versionē authenticā esse, scriptū originale nō item, puta si quis falsā epistolā, librū mendacē fideliter descripserit aut verterit. –

3° Duplex haec auctoritas in Sacr. Scr. definitur: ejus originalis auctoritas ex eo ē q. Deū auctorē habet, q. ē inspirata.

Gregor. M: quid ē autē Script. sacra nisi quaedā epistola omnipotentis Dei ad creaturā suā?

Si igitur demonstretur libri alicujus inspiratio eo ipso ejus (originalis) quoque auctoritas demonstrata habetur.

Ecclesia duo declarat pro singulis libris canon.

a) eos esse inspiratos s. eorum auctoritat. origin.

b) nunc eosdē esse qui primitus a Deo inspirati fuere, quae ē eorum authentia conformitatis.

3° Qua quidē declaratione affirmatur, haberi adhuc libros inspiratos in Ecclesia Dei, nihil tamen definitur de singulis v. editionib9 v. versionib9

—

4° Authentia intrinseca ē ipsa auctoritas quae scripto v. instrumento inē ex sua origine (ex conformitate cū originali auth.); authentia vero extrinseca ē intrinsecae manifestatio, supponens eā ē includens. Patet authentiā tū originale tū conformitatis ē posse tantū intrinsecā esse, v. utramq; nō vero extrinsecā esse posse sine intrinseca.—

Authentia orig. intrins. Script. ē ipsa inspiratio. manifestari ē evadere extrinseca nō pō nisi testimonio divino.

Authentia conform. intrins. ē ipsū conformitatis factū, independens a manifestatione ejg aut declaratione; extrinseca vero ē eadē conformitatis manifestatio.

Haec porro manifestatio vel privata esse pō vel publica.—

Scripta privata habent solū authentiā intrinsecā sensu scientifico, nō vero sensu juridico ō auctoritativo. Quapropter eorū auctoritas solū per historiā ē per criticā manifestatur.—

Instrumentorū publicorū intrinseca auctoritas pō quidē ē historice ē critice manifestari, at haec nondū ea ē, quae ipsis convenit, extrinseca auctoritas. Quū enī haec publica esse debeat, nō sufficit illa paucorū qui eā intelligunt, privata declaratio, sed expressa requiritur manifestatio facta a publicae societatis auctoritate.—

Hinc editio v. versio Script: si conformis sit originali inspirato, intrinsece authentica ē. Quae conformitas si demonstretur scientifico ope, erit authentia extrinseca quidē, sed privata ē critica; ut sit publica, necesse ē habeatur Ecclesiae v. expressa declaratio, v. q. idē valet, constans ē publicus usg.—

5° Inde concludimg quae sequuntur:

a) Ut authentia originalis (inspiratio) Script. ita neq intrinseca authentia conformitatis efficitur declaratione Ecclesiae, sed supponitur ē manifestatur.—

b) Authenticā publica extrinseca fit per Declarationē Ecclesiæ v. implicitā v. explicitā.

c) Authentia extrinseca alicujus editionis pō per usū publicū constitui indeq constare ejus authentia intrins. conform; postea tamē pō accedere expressa authentiæ ejus perfectionis gradus declaratio, eo modo quo dogmata de quibus affati constat ex usu Ecclesiæ, postea solemniter definiuntur. –

d) Si editio aliqua per longū tempus cessavit ab usu publico eccles: pō fieri expertire, pō fieri, ut nō constet amplius pari, quā antea, certitudine de ejus authentiā extrinseca. –

e) Apud protestantes, si constare sibi velint, nulla pō esse publica authentia extrinseca; habetur tantū judiciū scholæ pauco[rum] qui idonea sunt instructi scientia. –

—

II) Eodē jure eodemque ducta officio, quo custodit Ecclesia revelationis depositū ac libros sacros canonē definit, ipsa declerat etiā authentiā alicujus editionis aut versionis. –

1° assistentia Sp. S. in custodiendo infallibiliter deposito fidei extenditur etiā ad infallibiliter proponendū verbū Dei scriptū. –

Atqui ad idē munus pertinet etiā infallibile judiciū, utrū i. q. sub certa quadā forma tanquā verbū Dei proponatur, revera sit verbū Dei primitus inspiratū, h. e. utrū editio aliqua aut versio sit necne conformis texti originali.

2° Existente facto editionis alicujus usitatæ per longū tempus in Ecclesia, si definitur solemniter canō Script. eo ipso indirecte quoq declaratur authentia ejus editionis, quamvis nō determinetur ejus gradus ac perfectio.

Nā si proclamentur libri aliqui esse inspirati, nō intelligitur textus alius quā qui extat in usu publico Ecclesiæ omnibusq notus ē

Atqui pō fieri ut nō sit alius notus textus in usu Ecclesiæ quā illius editionis – ergo scq. Scripturā primitus inspiratā sub hac forma mansisse identicā.

3° Hypothesis hæc in certitudinē perstitur quoad editionē vulg. nā Concilium expresse canonis definitionē refert ad ejus textū: 51) quis libros ipsos integros cū omnibus suis partibus, prout in Ecclesia catholica

legi consueverunt ē in veteri vulgata latina editione habentur, pro sacris ē canonicis nō susceperit --- a.s.

III. Tanquā suae definitionis fundamentū PP. Trid. indicant usū plq quā novē saeculorē Ecclesiae occid. tū dogmaticū tū liturgicū ē polemicū, quod sane certissimū ē criteriū ad discernendā tū libri inspirationē (authent.-orig.) tū ejs authentiā conformitatis.

Perpetuo enī Sp. S. assistit Ecclesiae suae in docendo ē proponendo verbū Dei.

Ergo fieri nō potuit, ut Ecclesia universa per multa saecula susciperet verbū hum. pro verbo Div.

—

Coroll. 1. Judiciū Trid. de canone librorū sacrorū ē judiciū explicitū de dogmate revelato inspirationis horū librorū, judiciū vero implicitū de facto dogmatico conformitatis cū textū primitivo in Vulg.

Unde etiā 2m decretū sess. IV. quo explicite declaratur Vulg. authentia, decretū ē dogm. definiens sc. factū conformitatis hujs versionis cū textu originali

Franzeliniana.

a Th. XIX

Th. 16.

De extensione authenticae editionis vulgatae a Concilio Trid. declarata.

—

I. Veteres aliqui theologi putabant: vi definitionis Trid. conformitatē versionis cū primitivo textu in omnibꝰ incisis particulisq tenendā esse .. alitar Ecclesia verba, imo errores hominū ut verba div. proponeret.

I

Adversae partis theologi cū prioribꝰ in eo consentiunt, q. omnes Scrip. textꝰ aeque sunt verbū Dei inspiratū ac proinde divinae auctoritatis — h. e. materialē distinctionē admittunt (inter dogmata per se revelata e ea quae inspirata sunt propter aliud s. per accidens) formalē (quoad auctoritatē) rejiciunt.

Inde eodē modo ac superioris scholae sectatores concludunt, decretū Trid. ad omnes textꝰ pari modo pertinere.

Sed apud utrosq plane diversū sensū haec conclusio habet.

Priores h. dicunt: Conformitas Vulg. a Concil. decreta necessario spectat ad locos per se dogmaticos, ergo eodē modo pertinet ad omnia reliqua.

α/

Posteriores: Conformitas nō pō intelligi de omnibꝰ singulisq incisis, ergo pari modo neq in locis dogm; sufficere, si admittatur conformitas substantialis. in singulis vero pendere genuinitatis agnitionē ab examine critico. —

β/

—

Distinguimꝰ diversas locor Script. classes.

x 1° Continentur res e sententiae 2is ordinis

a) res fidei e morū ad aedificationē doctrinae christianae pertinentes — veritates per se, propter se revelatae .. propositae a Deo principali intentione ut tales — προηγουμενη εὐδοκια —

b/

a

b) plura alia, quamvis ipsa quoq sint verbū Dei e propter eandē fidē div. credenda, nō tamē principali intentione nec propter se inspirata e revelata sunt, sed propter aliud, puta adjuncta historica, geographica etc. —

b

Duplex haec distinctio quamvis nō semper possit apte fieri ac facile indicari, retinenda tamē ē, nisi velimꝰ contra ipsū Concil. Trid. ē Vatic. agere

V aut nemo suae prudentiae innixꝰ, in rebꝰ fidei ē mor. ad aedificationē doctrinae christianae pertinentiū, sacrā Script. ad suos sensꝰ contorquens contra eū sensū, quē tenuit ē tenet S. Mater Ecclesia ... interpretari audeat ...

2/ 2° Decretū Trid. nullū designat exemplar aut codicē certū, in quo sit observanda illa conformitas, sed editionē veterē, longo tot saeculor usu in ipsa Ecclesiā probatā.

Textꝰ Clement. sane praesumitur esse hujꝰ veteris editionis, at si demonstraretur locꝰ aliquis nō extare in veteri editione, profecto nō caderet conformitas ejꝰ in illud decretū Conc. neq ageret contra vel praeter idē decretū, qui textū ita admittit vel nō admittit, prout extat v. nō extat in veteri vulg. editione. –

3/ 3° Neq conformitas singulor textuū dogmaticor declarata ē in gradu supremo perfectionis; sufficit ut dogma in Vulg. extans, expressū sit in Script. primit. Inde

a) dogma extans in edit. vet. vulg. nō deerat in Scri. primit. (difformitas diversitatis negativae)
b) nō erat expressū aliud dogma (difformitas diversitatis positivae)
c) neq q. in Vulg. affirmatur dogma, ibi negabatur aut vice versa. (difformitas contradictionis)

4) Sed

a) vi decreti nō indicatur, dogma esse in Vulg. eodē modo expressū, quo in Script. primit. dummodo dogma idē permanserit
b) nō esse versionis error in hujusmodi locis, dummodo nō permutet substantiā dogmatis *)

Hujꝰ modi variationes ipsi Apostoli admiserunt, nō suas sententias sententiis V. T. substituendo, ut opinantur nonnulli, sed adhibentes versionē LXX modaliter diversā a textu primitivo

c) vi decreti Trid. nō constat, nullū textū dogm. extitisse in Scrip. orig. qui desit in Vulg.

Plurimū etenī differunt haec 2:
decerni authenticā editionē, in qua textꝰ dogm. extaret nō sacer neq canon.
decerni authenticā editionē, in qua dogma aliquod (de quo aliunde constaret) nō fuerit expressū, licet extiterit in Scrip. orig. –

*) Exempla: Gen. III, 15 Vulg: ipsa conteret caput tuū
Prim: ipse conteret ....
Ps. 109, 3 Vulg: ante luciferū genui te
Prim: sunt ex matutino ros ē, genui te –
Luc. XXII, 20 Vulg: qui pro vobis fundetur
Prim: qui pro vobis effunditur
Rom. V, 12. V: in quo omnes peccaverunt
Pr: quia omnes ....
1 Cor. XV 51. V. omnes quidē resurgemus, sed nō omnes immutabimur.
Pr: omnes quidē dormiemꝰ sed...
vel: omnes quidē nō dormiemꝰ, sed omnes immutabimur –

Affirmamus Sp. S. nō potuisse permittere, si ex. gr. expungeret textus ap. Jo. V. 7. ut declararetur authentica nostra Vulg. ~~quaeis enet~~ ~~spuria~~ ... nō vero affirmamus aliquā versionē, si quae deest textus ille, puta syr. nō posse declarari authent.
Dicimus igitur, vi decreti Trid. in locis dogm. Vulg. comparatione facta cū Scr. Orig. nō posse admitti
a) difformitatē contradictionis
b) difformitatē diversitatis positivae in dogmate
c) difformitatē diversitatis negativae
nō vero affirmamus
a) nullū dogma Scrip. orig. excidisse in Vulg.
b) excludi difformitatē modalē

II. Talē esse sensū Concil. Trid. nunc demonstrandū ē.

1° Intelligitur ex ipso scopo ac contextu definitionis: decret. I Sess. IV: si quis ante libros ipsos integros cū omnibus suis partibus, prout in Ecclesia cath. legi consueverunt ē in vet. vulg. latin. editione habentur, pro sacris ē canonicis nō susceperit... a.s.
ergo partes omnes, prout in hac edit. habentur ē ad quas haec extenditur declaratio, credendae sunt seu sensū profertae a primo scriptore inspirato h.e. seu sensū conformes primitivae Scripturae.
Quae: quid voluerit Concil. nomine partium indicare
a) negative: putant, nomine partium intellectas fuisse partes deuter. Esth. ē Dan. de quibus agebatur cū protestantibus - hinc certū nō esse, sint ne partes quae dā evangeliorū jā antiquitus in nonnullis codd. desideratae, habendae nec ne canonicae.
At α) verba decreti restrictionē ejusmodi nō admittunt nā ex eorū tenore evidenter omnium librorū omnes partes designantur.
β) Scopus unicus nō erat partes illas defendere contra protestantium audaciā, sed declarare Vulg. verā Script. sacrā, ut haberentur inde testimonia divina. - Praeterea Protestantes nō de solis libris illis disputabant. -
γ) Error contra veritatē particularē praebet occasionē universaliori definitioni, sed nō solus in ea damnatus continetur - unde fas nō ē, universalē propositionē restringere ad errorē specialē.
b) positive: quā ex verborū significatione tū ex scopo decreti patet ad partes pertinere omnia illa, quae per se sunt testimonia de rebus fidei ē morū ad aedificationē doctrinae christianae pertinentiū.

Ergo Concilium judicavit, vi decreti a se editi, stabilitum esse & divinitate & auctoritate cano. ut haberentur in Vulg. omnium testimoniorum, quae per se possint exhibere normam ad confirmanda dogmata, ad mores instaurandos & inservire aedificandae doctrinae christianae.

Id vero non possent efficere, nisi conformes essent Script. orig. – ergo –

Hanc significationem habet authentiae II decreti: vet. vulg. edit. longo saeculorum usu in Ecclesia probata pro authentica habendam esse, maxime in actibus spectantibus exponenda, declaranda, defendenda dogmata morumque regulas „in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus & expositionibus."

β) praeter decretum ipsum habemus alia testimonia, quibus constat, et Patres Concil. & theologos tum qui interfuerunt Concil. tum qui paulo post floruerunt, hanc authenticae extensionem omnes intellexisse.

Legati in litteris Romam missis (ad Card. Alex. Farnese) declarent, PP. Conc. agnovisse quidem errores ac emenda in Vulg. non tamen in talibus qui per se spectant ad fidem & mor. regulam.

Theologi fere omnes (exceptis fanaticis, qui etiam apices & virgulas defendebant), idem docent: in minimis quibusdam posse errare Vulg.

Ex altera parte nemo est inter illos, qui dixerit non fuisse declaratam authentiam in locis per se dogmaticis.

γ) Aliud est loqui de authentia alicujus versionis v. editionis generatim, aliud de gradu authenticae respectu ejus intensione & extensione.

Potest editio simpliciter conformis dici, etiamsi in quibusdam locis dogmat. esset discrepantia negativa vel quasi positiva (omissum dogma – aliud dogma), dummodo absit difformitas contradictionis.

Potest ejusmodi editio approbari quatenus est simpliciter conformis, tolerari vero in iis, in quibus est difformis.

Vulg. vero superiorem gradum auth. attribuimus, non quia ipsa quomodocumque declarata est, sed ex modo declarationis. Concedimus versiones ex. gr. antehier. syr. arm. propter usum eorum eccles. esse simpliciter authent.; si vero aliquis demonstrate quorundam locorum difformitatem tum negat. tum positiva inter editiones illas & Script. Orig. contenderet hujusmodi difformitatem neque obstare authentia Vulg. negare non est consequentia. Non enim eas versiones authenticas eodem modo neque simili decreto esse declaratas. –

b Th. XIX (seq)

2° Quoad diversitatē inter textū originalē ē textū Vulg. in iis quae per se ad fidē ē mores pertinet, statuimus

a) nunquā reperitur diversitas contradictionis (ea vero lectio textꝰ orig. genuina erat, quae nō discordat a textu Vulg.)

b) idē tenendū ē de discrepantia positiva reali

c) idē de discrepantia negativa ꝫ tu intelligerectus textꝰ orig. corruptꝰ

d) defectꝰ vero aliꝰꝗ loci dogm. in Vulg. qui tamē habetur in textu orig. minime probat hunc interpolatū ene.

e) in discrepantiis modali textꝰ orig. plurimū confert ad genuinū Vulg. sensū recte aestimandū.

—

III De argumentis adversarioꝝ

Exponimꝰ ea ser. opuscolo: sulla autenticità delle singole parti delle B. V. p. 23 sq.

Distinctionē inter locos dogm. ē nō dogm. nō posse theologice admitti, critice vero ene perabsurdā.

1° Nō pō admitti theologice: omnis enī textꝰ Script. ē inspiratꝰ ē proinde eiꝰdē div. auctoritatis, etiamsi exprimat sententiā quae nō pertineat directe ad doctrinā revelatā. Imo haec distinctio saepissime nequit in concreto fieri. Ita quamvis magnae sit utilitatis in hermen. ibiꝗ adhibita diligentia fieri valeat tamē quū multoꝝ locoꝝ valor dogm. certo definiri nō possit, theologice ea in complexu impossibilis ē, practice vero in crit. nulliꝰ usꝰ.

In summa: universa Scr. ē verbū Dei, verbū Dei ubiꝗ aequalis ē auctoritatis, ergo, etiamsi omnes loci possent pro certo determinari, quae pertinent ad fidē moresꝗ, minime tamē asseri pō, illis maiorē prae ceteris competere auctoritatē.

2° Critice distinctio illa absurda ē: α) amanuenses aeꝗ in utroꝗ poterant locoꝝ genere errare, unde nō apparet ratio, cur errores in locis nō dogm. liceat emendare, nō liceret in dogm.! × β) Imo constat nonnullos eiusmodi locos emendatos fuisse pō Conc. decreta.

× β) errores hi tamē nō poterant sanitati fidei repugnare, sed sunt „innocui" qui emendari possunt hic in locis (dogm.) „corrigendo voces erroneas, resecando additamenta, supplendo lacunas!"

3° Custodia Ecclesiae refertur ad solā ~~tantū~~ ad libroꝝ substantiā, ne praeter scopū sanitati alii evadent; hic vero scopꝰ nō tantū ē dogm. Praeterea Scrip. per se ē littera mortua, quā Eccles. vivificat per authent. ~~litt~~ doctrinā. Ecclesia ergo nō ē custos Scr: quatenꝰ mere

littera mortua ē, sed quatenus continet vivū verbū Dei.

4° Ecclesiā nequit Scr: tribuere sensū falsū neq errare illā interpretando, pō tamē uti textu nō legitimo ad confirmandū sensū legitimū. Textus dogm. critice certi solis protestantibus necessarii sunt, negantibus Eccl. & traditionis auctoritatē, nō vero cath. pro certo tenentibus, nullū dogma principaliter in Scr. fundatū esse. –

5° Multae versiones in Eccles. receptae habent, si inter se conferantur, in locis dogm. plurimas lectiones diversas, ita ut necessario habeantur (appareant) errores ammanuensiū v. interpretes. Quū tamē omnes versiones legitime in Ecclesiae usu adhibitae dogmatice aequales sint, etiā in locis illis dogmatice pares erant textui orig: quamvis critice differant tū inter se tū ab eo. –

6° Nisi textus dogm. supponendi essent critice, hermen. praecederet criticā, quae esset perversio ordinis logici, inter singulas scientias obtinentis. Primū critice stabilire lectionē debet, posteaque hermen. (possit) eā interpretari. –

Nunc respondemus

ad 1ū Probatur utrumq locor genus ejusdē esse auctoritatis – C.

nō probatur, nullā existere distinctionē neq ratione materiae, imo ea adversarius admittit.

Porro inde q textuū auctoritas canonicor nō ē diversa, quamvis diversa sit materia, nō seq a Sacra Syn. nō fuisse textus 1ae classis alio sensu declaratos conformes originali, atq textus 2ae cl. de quibus sermonē nō facit.

Nōs autē nō probamus ex diversa textuū auctoritate decretū authenticae ad diversos locos diverso referendū esse modo, sed dicimus textus, qui pertinent ad confirmanda dogmata & reformandos in Ecclesia mores, h.e. omnes textus per se dogm. comprehensos esse in decreto de authen. Vulg.

De aliis textibus Concil. hi nō dixit, unde satisfit Decreto, si admittatur in iis conformitas quoad substantiā.

Ad alterā partē: Ex eo q. privata interpretatione nō semper pō locor valor dogm. definiri, nō seq. illā distinctionē ratione materiae rejiciendā esse neq eā nō posse usui esse, ubi de valore locor dogm.

constiterit. Adeoq nō seq nō esse eū quē indicavimg sensū decreti Trid. Sane Concil. ipsū distinctionē admisit, repetiit Vatic.

Ad 2ū In codicibg possunt errores esse etiā in locis dogm. debentq emendari – C. v. Tr. quia nō de h. agitur. Quæstio nō ē de singulis codd. sed de vet. vulg. edit. prout longo sæculor usu in Ecclesiā Dei legi convenit.

Neq quoad hanc quær: utrū a priori librarii interpres s. amanuensis potuerit errare, hanc enī possibilitate concedimg –

sed quær: utrū re ipsa ejgmodi adsint errores, qui transmutent substantiā dogmatis. Nos N. idq constat dogmatice: Spr. S. nō permisisset, ut Ecclesia eo quo factū ē modo, editionē ita mendosā declararet authen.

Unde si constet ex judicio Eccle: in textibg pertinentibg ad aedificationē doctrinæ christianæ exhiberi sincerū verbū Dei ratiōe ser. substantiæ dogmatis, eo ipso constat Vulg. conformitas cū Scrip. orig. in omnibg hujgmodi textibg.

Unde nunquā critica ejgmodi errores deteget in Vulg. prout longo sæculor usu legi in Ecclesia convenit, nō enī pō veritas repugnare veritati. –

Pō sane fieri, ut sola critica suis instructa præsidiis nō valeat genuinitatē loci per se dogm. in Vulg. demonstrare, tū q. nō efficerit critica, præstabit theologiā, cui utut una cū reliquis scientiis hum. critica quoq subjectora esse debet.

Ad alterā parte: Si loquuntur de erroribg in versiōe Tr. quia nōs de iis disputamg, quæ sensū valeant dogmatis immutare neq hi innocui erant.

Idē resp: ad emendationē vocū erronear.

Nō dicimg, vi decreti credendū esse, nullas existere in Vulg. lacunas etiā in textibg dogm. unde si demonstrentur re vera adesse, emendari possunt v. suppleri.

Sed neg: in edit. vet. vulg. ut longo sæculor usu in Eccle. legi convenit o quæ declarata ē authen: eo quē audivimg modo, haberi textg spurios dogm. Ratio patet.

Ad tertiā partē: Adversariq nullū exemplū attulit ergo nihil efficit. Debuisset ante demonstrare, emendatū fuisse pō Concil. Trid. textū aliquē 1° qui certo extabat in veteri Vulg. 2° emendatione nō modali, sed quæ ipsā rē ī substantiā dogmatis attigisset. De tali enī emendatione sola loquimur. –

Atqui negamus, donec contrarium probetur, ejusmodi edi- donec plurimum extare. Non enim potuisset hujusmodi correctio induci, nisi quando jussu Pontificum Vulg. emendabatur — correctio enim privatorum nulla fuisset —
At non est verosimile, correctores egisse contra primum principium suum mutasseque textum, recto extante in Vet. edit. Vulg. idque superinducta substantiali sensus dogmatici permutatione. Erat enim iis propositum, editionem Vulg. suae pristinae integritati ac puritati, quoad ejus fieri potuit, restituere. —

Ad 3um. Prima pars Tr.
Nam custodia Eccl. quamvis hoc ipso quod refertur ad substantiam librorum sacrorum, imprimis pertineat ad ea omnia quae per se revelata sunt, tamen non ex munere custodiendi Scr. quod Ecclesiae incumbit, hinc Vulg. authentiam in locis dogm. deducimus, sed ex modo quo declaravit authentiam Trid.

Ad alteram partem. Ecclesia sub assistentia Spiritus veritatis habet intelligentiam verbi Dei, proinde etiam infallibilem Script. interpretationem.
Sed licet absolute necessaria non sit, Scr: textum absque ordinaria repraesentatione, ut sit littera mortua, ut sit permenessaria ad custodiam depositi exeaque Eccl. depromat intelligentiam, explicationem, defensionem veritatum revelatarum.
„Sicut illis (haeret.) non potuisset succedere corruptela doctrinae sine corruptela instrumentorum ejus, ita et nobis et a nobis integritas doctrinae non competivisset sine integritate eorum, per quae doctrina tractatur — Tert. Praescr. 38.

Ad 4um Ad primam partem. Potest fieri, ut Eccle. utatur versione aliqua Scr: ad piam accomodationem exornationem, etiam ad argumentandum in certis adjunctis, quin declarare velit aut verba genuina esse aut hunc verborum esse sensum — Tr.
At Concilium in nostro decreto declarat diserte textus, de quibus agitur, et divinos esse et authenticos.
Ad secundam partem: Textus critice certi solis protestantibus necessarii sunt, quoniam illi nonnisi scientificum. possunt certiores fieri de Scri genuinitate nobis vero ea constet per infallibilem Eccle: auctoritate — C.
Necesse non esse ut Ecclesiae et per eam nobis constet de genuinitate textuum per se dogmi N.

Franzeliniana!

ē Th. XIX (seq.)

Ad 5ᵘᵐ Versionibꝰ pro statu ē tempore quo sunt in Ecclesiæ usu publico, convenit authentia simpliciter, etiā ad extra manifestata, quæ intrinsecā supponit. — C Authentia illa per ejꝰmodi usū etiā specifice declaratur quoad gradū ē perfectionē, sicuti factū ē pro Vulg. — N.

Eodē modo de illar authentiā ē de authentiā Vulg. — N. De illis authentia simpliciter ē generati atq usu tantū, Vulg. vero authentia specifice ē in aliquo determinato gradu per solemne decretū manifestata ē.

Neq videtur demonstrari posse, versiones illas in locis dogm: reapse diversas esse v. fuisse quoad sensū ita ut aliud exprimeretur dogma v. contradictio (?) existeret, q. adhuc magis esset.

Deniq si admittatur versiones illas in locis dogm. sensu differre, nullo modo dici possunt theologice pares cū Vulg. ē textu orig.

Nā instrumentū depravatū, tale ante erant ejꝰmodi versiones cū mutationes q. ad substantiā locis dogm. nullo pō modo conferri cū instrumentis integris ac divinis — multoq minꝰ dici pares possunt. —

Ad 6ᵘᵐ. Si de genuinitate textꝰ nullo pō modo constare nisi ope criticæ, hæc præcedere debet hermen. C. Hic ordo semper observatur in auctoribꝰ profanis —

Si agatur de textu sacro, ejꝰ genuinitas dijudicari poterit duplici genere argumentor: ex auctoritate Ecclesiæ petitor qui ē fons theolog: superior, infallibilis ē ex critica, qui ē fons humanꝰ, priori subordinatꝰ.

In hujꝰmodi textibꝰ primū consulenda auctoritas ē, quā velati norma critica consequatur.

Quando vero ex auctoritate theol: constat alicujꝰ loci genuinitas q. ad dogmatis substantiā, remanent adhuc difficultates modales, quæ absolvi debeant antequā hermen: opꝰ suū aggrediatur.

Sic hunc habebimꝰ ordinē in dispensatione scientiaꝝ:

In dubiis circa genuinitatē substantialē loci dogm: præcedit auctoritas ē quadamtenꝰ etiā hermen: succedit ē inservit critica.

In dubiis circa genuinitatē modalē enunciationū præcedit critica, succedit hermen: absoluta vero criticæ antecessio præ auctoritate theol. nunquā tolerari pō.

IV. Nonnulli vetustiores theologi: a Concilio fuisse declaratā authentiā Vulg. in gradu supremo conformitatis cū texte orig: etiā quoad singula incisa, verba, puncta. Probant h.

1° ex appellatione authenticae -

at h. nihil probat. Nā ea quae ante Hier: in Ecclia erat versio latina, longo usu plane authentica reddita erat, ē tamē multa in illa minq recte posita PP. passī adnotavere. Aug. vero dicit ea quae absurda inveniuntur in Bibl: aut ex codicū mendis provenire aut ex interpretū erroribq aut ex nō intelligentia lectoris. Denig: Itala illa reposita ē prae Vulg: quae multis in locis ab ea discrepat, quāvis utraq esset authentica, sed eatenq quanti sat erat ad finē Script:

—

Neq feliciorē habent successū argumenta petita ex specialibq ē adjunctis ē rationibq Decreti Trid. Nā

1° Opponitur finis decreti: nō parvā utilitatē accessurā esse Ecclesiae Dei, si omnibq innotescat sinceritas fontiū, ex quibq depromenda sint testimonia ad confirmanda dogmata ē instaurandos in Eccles. mores Ad hunc vero finē superflua sunt minutiora illa argumenti geogr: physi: histor. etc. sufficit vero conformitatis authentiā in rebq fidei morq, in ceteris vero quoad rei summā.

Praeterea judiciū Eccles de authentiā Vulg. infallibile [ē judiciū] de facto, dogm. infallibilitas vero promissa ē ei in judicando quatenq facta ē dogm. - atqi hujqmodi facta ē conformitas Vulg. cū archetypo nō [in iis quae dicimq, nō] in minutissimis quibqq/

Ergo de illa nō de hac authentiā Eccle. judiciū tulit

2° Opponuntur circumstantiae decreti: Synodq declaravit authenticā editionē tū temporis existentē, simul vero agnovit in ea pone plura emendari, quae Pont. Max. curae reliquit. Nihilominq quamvis errata levioris momenti ab omnibq agnoverentur, Vulg. in hoc suo statu ē declarata ē authentica ē usitata a Concilio. Ergo Concilium in minutioribq nō quaesivit authenticā. -

Excipiunt adversarii; nō [utiq] librariorq errores fuisse approbatos, sed Vulg. a mendis expurgata, qualē nunc habemq, authenticā esse in minimis.

D. Th. XIX (seq.)

At responderi licet

a) decretū nō spectare ad futurā edit: quæ ē protestantiū insipida calumnia, sed ad eā quæ tunc pro manibq erat Patribq editio –

b) nulla indixit Concil. principiē emendationis instituendæ.

c) Ecclesia ē pō Decret. Trid. ē Pontiff. cura atq auctoritate facta emendatione in usu publ. ē liturg. permittit non solū aliaq linguaq versiones, verū q. magis ē, quā illā antehieron: latinā versionē, quæ multis in rebq a Vulg. discrepat.

Psalteriū ex illa proveniens cantatur hodiē quoq in [1] Basil. Vatic. in [2] Eccles. Ambros. [3] in sacello Mozarabico Toleti, [4] cantabatur Venetiis usq ad 1808 apud S. Marc. – Imo in nostro quotidiano officio recitantur ex eadē edit: ps 94 (Venite exult.) Graduale, Tractq, Antiph. ad Intro: Offertor. Comunio. –

Idē apparet in Martyrol: ubi chronol: patriarchar supputatur sec. LXX, magnopere distans a Vulg.

Ergo in hujusmodi rebq Ecclesia neutros textq voluit certo declarare archetypo conformes. –

3° Patroni absolutæ etiā in minimis rebq authentiæ supponunt multa miracula minime necessaria – quoq unū sat erit memorasse.

Vulg. nostra maxima parte ab S. Hiero- auctore procedit, immediate ex textu hebr. confecta, ut tū temporis extabat, discrepans multoties a versione vetustiori ex LXX derivatæ. Quæ tamē antiquior versio conservata ē in Psalm. Bar. Sap. Eccles. Mach. – Versionē psalm. S. Hiero. ex hebr. factā Eccl. nō adoptavit, retenta vetere illa e græco, modice a S. Hiero. emendata. Si igitur velletquis asserere plenā conformitatē, deberet affirmare S. Hiero. versionē respondere in omnibq particulis textui primitivo, exceptis Psalm. Vetustiore versionē, eo usq in Eccl. adhibitā.

2) ē [3]) versio ex græco sec. edit. ante Hier:
[1]) ē [4]) idē primis curis Hier: emendatū

Idē secundis curis emendatū ab Hier: extat in Vulg. – Idē ex hebr: versū nō fuit receptū. –

Ps. 94 in fest. Epiph. recitatur ex Vulg.

nõ fuisse authent. nisi in Psalm. utq libris qu
S. Hiero. nõ attigit; textũ hebr. fuisse corrup
tũ in solo Psalt. in reliquis vero conformissim
archetypo — LXX vero reliquos libros nõ accurati
Psalm. perfectissimo vertisse modo. Haec omnia
e plura adhuc supponenda sunt, quæ tamẽ
nullo possunt modo demonstrari. —

7° Testes gravissimi tũ qui interfuerunt Conc.
tũ qui paullo pŏ floruere, magna unanimitate
consentiunt, talẽ fuisse, nõ ante strictiorẽ
significationẽ decreto a PP. suppositã.
Documento sunt epistolæ legator, theologg
Conci: Andreas Vega, qui id tenebat ex
card. Cervino — alii idẽ declaravere — Kodig
solq plq 80 theol: sententias in unũ con-
venientes describit.

Sectio I.

De divinæ traditionis formali ratione & existentiâ.

Cap. 1.

Traditionis divinæ notio & formalis ratio demonstratur ex ipsa religionis christianæ institutione, prout in sacris Litteris exhibetur.
(Th. I – VII)

Th. I.

De Traditionis notione.

Objective traditio ē i. q. traditū ē, doctrina a majoribg transmissa

„depositū q. accepisti, nō q. excogitasti, res ad te perducta, nō a te prolata – Vinc. Comon. 27. –

Modo ipse quo hæc traditio propagatur, voce nō exprimitur, unde PP. eā scriptā dixere ē nō scriptā.

Clem. Alex. intelligentiā profundiorē Script. a majoribg acceptā, vocat: traditionis scriptæ traditionē nō scriptā ἡ τῆς ἐγγράφου ἄγραφος παράδοσις. Strom. VI.

Active designat traditio omnes illos actg mediag quibg doctrina propagatur

„Traditio auctrix, consuetudo confirmatrix, fides observatrix" Tertull. de cor. 4.

Attamē quū traditio ē activa ē objectiva nequeat ab invicē separari sed unū complexū constituat, necesse ē semper considerare objectū cū modo traditionis tanquā materiā cū forma sua, quū vis ē auctoritas traditionis pendet a modo propagandi h. e. a traditione activa. –

Ita PP. Trid. traditiones (obj.) considerent (sess. IV) una cū earū origine ac modo, quo usq ad nos fuerunt translatæ – tanquā vel oretenq a Cto v. a Sp. S. dictatas ē continua successione in Ecclesia cath. conservatas. . .

II Sec. diversā originē suā plures sunt traditionū genera, diversis instructa auctoritatis gradibg, quæ protestantes invidiose confundentes, calumniantur catholicos, quasi verbo hum. parē cū divin. tribuerent auctoritatē; distinguuntur igitur

a) traditiones divinæ quæ ē doctrina a Deo ipso imediate revelata, quamvis hominū ministerio promulgata.

In N. T. divinæ traditionū auctor ē Deg ita, ut primg earū promulgator (Christg) v. Ctg erat Deghomo v. Apostoli ducitū Sp. S.

Unde 2ex oritur distinctio, quæ nō auctoritatē spectat sed modū promulgationis ē proinde accidentalis ē, i. traditionē dominicā – ē divino-apost. –

Melchior Canus: de locis III. c. 5: instituta Apostolorum esse in 2ª differentia, alia temporaria fuisse, alia perpetua, utpote quae haberent causam sempiternam, ut in Eccl: servarentur. Illius generis affert exemplum de baptismo in nomine Jesu, de abstinentia a sanguine et suffocato, huius vero exemplum aquam permiscendam calici. Aliam etiam fieri posse apost: traditionis divisionem: quarum alteras acceperint traditiones Apostoli a Christo Do ut sacramenta, quorum primus idemque solus auctor est Christus, Apostoli vero administratores; alteras ipsi Apost: Spiritu S. suggerente ad Eccl: utilitatem ediderunt, quas Christus D: dum in terra degeret, nunquam instituit, puta quadragesimae jejunium aliaque hujusmodi. –

Petav. de Eccles. Hierarch. I c. 1.

Quae in distinctione supponitur, non totam N.T. revelationem a Christo Dom. factam esse, verum a Spir. S. absolutam.

b) Traditiones simpliciter apostolicae. Duplex videlicet apostolorum erat munus, nam et promulgatores divin. doctrinae extiterunt atque institutorum a Christo Dom acceptorum et rectores erant Ecclesiarum qui auctoritate pastorali a Christo concessa poterant moderari Ecclesiis, leges ferre. –

Unde quae ad doctrinam vel fidem religiosam pertinent semper eo ipso quod ab Apostolis tradita, etiam divinitus revelata esse sunt credenda.

Praecepta vero et instituta, ab Apostolis tradita partim divin. sunt originis, partim mere apost: scil. quatenus Apostoli extiterunt non promulgatores tantum, sed etiam legislatores. – 1 Cor. VII. 11. –

Priora illa non possunt esse diversa in singulis Ecclesiis, posteriores vero locorum et temporum adjunctis mutari possunt. Ex. gr: pascha celebrabatur primis saeculis alio tempore in Occid: alio vero in Oriente neque hoc tollebat pacem Ecclesiae, poterantque ambae partes ad traditionem apost: appellare.

Quando vero exorta est Quartodecimanorum haeresis non jam agebatur de traditione mere apost: sed divino-apost: vel divina.

c) Traditio ecclesiastica complectitur instituta post tempora apost: Ecclesiae legitime tradita, quae vel universae possunt esse vel particularium Ecclesiarum. Si universalitatis signo praedita sunt, certo nisi ab Apostolis, vel a suprema in Eccl: potestate profecta non sunt.

Illa autem quae non scripta, sed tradita custodimus, quae quidem toto terrarum orbe servantur, datur intelligi vel ab ipsis Apost: vel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata et statuta retineri. – S. Aug. ad Januar: ep. 54 (118).

Defectus sane universalitatis per se non demonstrat traditionem aliquam non esse profectam vel ab Apost. vel a summa in Eccles: hierarchia. –

At universalitatis nota, quoties adest, alterutrum certo indicat: aut ecclesiasticam esse traditionem, si tempus Apostolis recentius aut ex historia constet aut ex ipsa de qua agitur rei natura. Apostolicam vero esse

v. nulla adē indiciū posterioris originis neq extrinsecū neq intrinsecū.

"Quod universa tenet Ecclesia nec Conciliis institutū sed semper retentū ē, nonnisi auctoritate apost. traditū rectissime creditur." Aug. de Bapt. IV. 24.

—

Quamvis solæ divinæ traditiones sint immediate ē in sese verbū Dei revelatū ē proinde materiale fidei obj: tamē traditiones dū mere apost. tū eccles: habent fundamentū in supernaturali auctoritate, quæ ē revelata ē ē fide divina credenda.

Quū igitur ille qui facta dogm: ab Eccl: definita negat, negat ejus revelatā infallibilitatē — nō minus ille qui ceremonias ē alias hujusmodi traditiones dū apost. tū eccl: rejicit, eo ipso negare revelatā Apost: ē Eccl: auctoritatē dicendus ē. Violaret proinde fidē, qui ritus sacros negaret observandos esse, ē eū Ecclesia nō minus infallibilis in his quæ ad mores cultumq christianū pertinent, quā in dogmatibus declarandis. Quæ etiā causa ē, cur identidē SS. traditiones mere apost: aut eccle: divinas appellant.

Cypr: ep. 68 electionē Epī per proximos ejusdē provinciæ Epos ē præsente plebe ait de traditione div. esse ē de apost. observatione. —

—

III. Divi. traditio sec. certas regulas a mere apost. aut mere eccles: traditione distinguitur.

a) Si agitur de doctrina aut de instituto quod nō pō habere nisi Deū auctorē, puta sacramenta, nullus datur dubitationi locus.

Sic ante definitionē dogm: immacul. Concept: poterat dubitari de dogmate ipso h. e. de divina ejus origine, nō poterat dubitari de originis genere: esset ne in divinis an in apost: aut eccles: traditionibus habendū. —

Idē dicī pō de Ordin: minor, v. quæres utrum in Sacram: sint nec ne numerandi. —

b) Si vero sermo ē de institutis quor div: origo nō manifestatur necessario ipsa intrinseca rei ratione, regula discretionis desumenda ē ex illis verbis Aug. Quod universa tenet Eccles: etc. vid. supra. —

c) Generatī norma distinctionis petenda ē a sensu v. judicio Ecclesiæ. —

Th. II.

De strictiori Traditionis significatione.

Traditio evang. traditio Apost: etiā traditio Scripturarum usurpantur identidē a PP. etiā de traditione scriptis mandata.

Strictior tamē ē communior ea significatio ē, nisi aliud quid addatur, qua traditio ore propagata opponatur Scripturae. Unde protestantes errant si nobis exprobrent tanquā semper vocē hanc sensu modo strictiori interpretemur ē magis adhuc falluntur, si abutentes vocabuli significatione nusquā admittere traditionē volunt distincta a monumentis scriptis. –

1° In N. T. traditio (tradere) saltē 12ies v. certo v. probabiliter dicit traditionē nō scriptā; nonnisi semel adhibetur de doctrina tā per Script: quā oretenus tradita.

2 Thess. II. 14. tenete traditiones (παραδόσεις) quas didicistis s. per sermonē s. per epistolā nostrā cf. ib. III. 6. –

At contra

Matth. XV. 2 quare discipuli tui transgrediuntur traditionē seniorū? (de lavatione manū)

Ib. XV. 3 respondens (Jesus): Quare ē vos transgredimini mandatū Dei propter traditionē vestrā (ubi manifesta habetur oppositio)

1 Cor. XI. 2: sicut tradidi vobis, praecepta mea tenetis

23: ego enī accepi a Dom. q. ē tradidi vobis

XV. 3 Tradidi enī vobis ī primis, q. ē accepi

1 Petr. I. 18. redempti estis de vana vestra conversatione paternae traditionis.

2° PP. diserte traditionē multis modis a Script. distinguunt: a) institata major quae ex Scr: probari nō possunt, ī oppositione ad Script: sunt eis simpliciter traditio, traditio apost. traditio domini.

Tertull. de cor. 4 Cypri. ep. 63 Aug.

b) distinguunt traditionē a Scr: nō ratione doctrinae, sed modo propagationis

Iren. III. 4

c) Vincent. Lir. n. 32 distinguit etiā traditionē a libris eccles: quū praecipes organū conservandae traditionis nō libri sint, sed perpetuo succedentes sibi custodes fidei. –

d) Exhibent distincte ē traditionē ē Script: ut 2e fontē doctrinae, 2ex cognitionis externae principiū

Iren. III. 5. Tertull. Praescr: 19.

e) Utriqq auctoritatē inter se comparatā (aequalē ^ese^ dicunt: Basil. de Sp. S. 27.

f) Traditionē latiq patere, Script. arctiq
Orig. Pr. I. 2. Epiph. hær. 61. 6. Vinc. Lir. 2.

Quæ omnia intelligi nequeunt, nisi habeatur Trad. distincta a Scr: s. materia simul ē propagationis modo, s. h. altero.

Hæc communis significatio semper præsumenda ē, nisi aliter notetur.

Th. III

Quinā sit ordo ~~observandus~~ tractandi inter traditionē activā ē traditionē objectivā. –

Dū duplex de traditione quæstio instituī:
1° Utrū præter veritates in Scr: expositas aliæ doctrinæ revelatæ existant nec ne, s. ~~omnino~~ nō contineantur in Scrip: s. contineantur, nō ita tamē, ut possint ope solius Scr: intelligi? –

Sū secundo loco quæretur, quonā modo fuerint usq. ad nos propagatæ.

Hū apparet 1° loco quæri circa tradit: objectivā, 2° vero loco circa activā. –

2° Utrū Chrs instituerit nec ne aliud præter Scr: organū quo doctrina revelata securo pede usq. ad nos perveniret?

Quod si efficietur, eo ipso constabit, veritates omnes hujus ope organi ad nos transmissas esse divinitus revelatas, ē si nō contineantur in Scr: esse verbū Dei traditū, nō vero scriptū. –

Duplicis hujus quæstionis alterā de organo ē propagandi modo universaliorē esse ē majoris momenti nemo nō videt.

Nō pū enī de traditionis auctoritate sermo fieri, nisi demonstretur ejus organē divinitus institutū esse, cū tanta sit traditionis auctoritas, quanta organi v. potius plane eadē

Quā propter PP. de traditione agentes imprimis divinū ejus organū esse data opera demonstrant
Iren. Tertull. præscr. 15. Aug.
Lirin.

Denique cū protestantibus longe præcipua hæc de organo controversia ē, utrū existat aliud præter Scr: nec ne. Illi h. negant, ut suos tueantur errores.

Th. IV.
De propagandae doctrinae organo ex ipsa oeconomia christiana

Consideramus ipsam religionis institutionem, utrum modus quo debebat et conservari et propagari ex voluntate Christi is sit quem nunc etiam Ecclesia tum docet tum observat, an vero via illa quam protestantes docent quidem ore, in usu tamen, ubi non est neganda sed affirmanda veritas aliqua, neque observant neque observare possunt.

1° Christus Dom.: divinam suam quam a Patre habebat missionem irrefragabiliter demonstravit motivis credibilitatis, miraculis a se editis, propheticis suis eventu confirmatis, prophetiis V. T. in ipso adimpletione tota vitae ratione, doctrina ac morte, denique veluti omnium compendio demonstrationum sua gloriosa ab inferis resurrectione.

Demonstrata vero luculenter et missione sua et auctoritate, postulabat fidem plenam in omnia praecepta sua, instituta, doctrinae capita, cujus fidei et obedientiae praemium quidem promittebat aeternam beatitudinem, poenam vero incredulitatis sempiternam damnationem. — S. Aug. de util. cred. 14.

Jam vero oeconomia quam adhibuit doctrinae suae stabiliendae, non illa erat, ut in libro aliquo doctrinae capita exposuisset, unde singuli et fidem et religionem suam haurirent, sed elegit magistros, quibus communicavit auctoritatem suam, et quibus et ceteris fidelibus sibi tanquam capiti unitis constituit Ecclesiam. In eam quasi in depositorium dives contulit omnes veritates.

Itaque libri authentici a Christo conscripti ipsi erant Apostoli libri et legum codices vivi per gratiam effecti: βιβλια και νομοι δια της χαριτος εμψυχοι – Chrys.

Est igitur primus et supremus omnis christianae disciplinae fons et origo ipse Deus homo verbo praedicationis, personali viventis magisterio.

Perpetuitatem vero non efficit libro, ex quo singuli et fidei et morum normam sibi deriverent, sed instituendo Ecclesiam et instruendo Apostolos charismate Sp. S. ac magisterio authentico: hic quodammodo 2us est doctrinae traditae passus, immediate cohaerens cum priori. –

2°. Chrs Dom. instituit, ut, sicut ipse in terris agens sua divina auctoritate revelaverat [esset] doctrina nova, ita pō ejs discessū Apostoli doctrinā eandē traditā propagarent, fungentes vicibs Chri.

Ad munus h. implendū promisit eis Sp. S. qui doceret omnia – unde qui Apost: audit, Chrū audit, cū doctrina eor atq auctoritas nō sit alia ac doctrina e auctoritas Chri.

—

E re quidē vera Apost: ī. perfecerunt: vindicantes sibi munus legator Dei, signis e virtutibs Sp. S. confirmantes auctoritatē suā, ut fecerat ipse Chrs – verbo praedicato, quia verbū Dei ē, nō verbū eor, fidē postulantes e obedientiā.

Auctoritati Apostolor respondet fideliū obedientia, necessaria, nō vero liberae optionis

„Qui nō crediderit, condemnabitur" – Mar. 16, 16

Quae quidē obedientia praestatur ipsi auctoritati revelantis Numinis, verū in hac ex positivo Dei instituto manifestetur e in usū adhibeatur per legatos legitimos etiā ad hos referenda e obedientia fideliū, ita ut auctoritas divina sit fidei objectū e motivū formale

Inde patet tū auctoritatē praedicandi in Apost: tū obedientiae officiū a fidelibs praestandū nō esse aliquid Ecclesiae extrinsecū e per accidens ei adhaerens, sed ē intrinsecā; essentialis notae christianae oeconomiae. –

Praeter h. authent. magisteriū e discentiū obedientiū possunt sane adesse quoq libri inspirati, utriq haud exiguū adjumentū, attamē auctoritas docentiū personalis remanet fundamentū oeconomiae a Chro instituta, libri vero nō sunt nisi superadditū adjumentū. Magisteriū illud saepius ē a Chro declaratū e ab Apost: memoratū, praeceptū vero scribendi nusquē legitur: illud ab omnibs Apost: in tota plenitudine sua exercitū, h. a majore eor parte plane omissū

Si vero authent: personale magisteriū, viva auctoritas magistror, cui respondeat discentiū obedientia, essentiale ē religionis christianae attributū, liquet illud immutabile esse oportuisse neq unquā potuisse in oeconomiā prorsus diversā abire. Atqui ejusmodi diversa oeconomia protestantiū licentia ē, ubi singuli pro libito e modulo suo, nulla magisterii publici habita ratiōne, dijudicare possunt eā quae ipsis arriserit, normā fidei morumq, libros unicū habentes fonte veritatis, unicā in ferendis judiciis regulā.

Ex mandatione Chri personale authent. magisteriū perpetuū ē conservandae e propagandae doctrinae organū. Nec, pō[x] oeconomia aliquā mutari in oppositā, maxime si agatur de dispensatione divinitus facta; tū absolute necesse ē, ut origini respondeat proventus, primitiis vero incrementū. –

x Nota: Nonnulli protestantiū, duce Neandro (Histor. dogm. I. 76) concedunt vivis adhuc Apostolis traditionē eor oralē unicū fuisse cognitionis christianae fontē; pō eos mortē, quū traditio corruptioni sit obnoxia, Scr: nō itē, factā esse mutationē, fidelibs ipsis haud conniis. Poterat vir doctissimus hoc modo eandē errorē proponere. instituta a Chro essentialis oeconomia christiana ipsā morte Apost: fidelibs ignaris neq quid advertentibs, continuo periit e substituta ē alia, quā neq Chrs neq Apost: voluerant nec fideles expectabant.

Franzeliniana

Th. V

VI

Videns magisterium esse perpetuum traditionis christianae organum ipsis Christi Dom. verbis disertis edocemur

—

Institutum est a Christo personalis auctoritas magisterii, authent. organum evangelii promulgandi

In hac apostolatus institutione continetur perpetua etiam successio apost. authent. organum tum conservandi tum propagandi evangelium.

—

I. Apostolis, prout constituuntur legati divini, promittitur charisma infallibilitatis, confertur auctoritas docendi, cui in fidelibus respondet obligatio credendi. –

Christus religit XII apostolos, missos suos (Luc. VI. 13), concedit illis summam in coelo et terris auctoritatem, jubet docere omnes gentes, sacramentis initiare, praeceptorum observatione instruere, ordinat eos testes suos in Ierus. et omni Iud. et Samaria

Testes autem sunt non tantum propter scientiam quam habent rerum gestarum, sed ex munere et auctoritate ipsis concessa, unde non omnes qui cum Christo ejusque discipulis versati fuerant usque ad mortem ejus, etiam testes erant doctrinae ejus, sed necessaria erat singularis ejus in numerum eorum cooptatio ut apparet ex Act. I. 21: Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit et exivit inter nos Dom. J. 22 Incipiens a baptismate Jo. usque in diem qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis ... 24 Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum 25. Accipere locum ministerii hujus et apostolatus de quo praevaricatus est Judas –

—

Porro ad munus h. docendi, praedicandi, testificandi cum auctoritate promittit Jesus Sp. S. et suam ipsius praesentiam. Quamvis Sp. S. multiplicem habeat efficientiam, hic tamen specialiter ordinatur ad munus speciale praedicationis, prout est Sp. veritatis qui docturus est omnia et suggesturus omnia quae dixerat Christus nec minus ea etiam, quae Apostoli vivo Christo ferre non valuerant.

Promittitur, igitur charisma veritatis, reddens Apostolis infallibilitatem in docendo et testificando

—

Liquet iisdem verbis quibus Apostolis confertur munus praedicationis, institui etiam perpetuam successionem apost. eadem veritatis charismate, eadem Christi praesentia instructam.

1º Verba Christi aperta spectant continuam Apost. seriem: ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.

Jo. XIV. 16. Et ego rogabo Patrem et alium Paracletum dabit vobis ut maneat vobiscum in aeternum [εἰς τὸν αἰῶνα]. 17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum; vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, et in vobis erit. – 26. Paracletus autem Sp. S. quem mittet P. in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia, quaecunque dixero vobis.

XVI. 13. Cum autem venerit ille Sp. veritatis, docebit vos omnem veritatem

Matth. XXVIII. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine P. et F. et Sp. S. 20: Docentes eos servare omnia quaecunque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. – ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος

Luc. XXIV. 48. Vos autem testes estis hor. 49. Et ego mitto promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.

Act. I. 8. Sed accipietis virtutem supervenientis Sp. S. in vos, et eritis mihi testes in Ierusalem et in omni Iudaea et Samaria et usque ad ultimum terrae. –

—

αἰών, tempus mundi, duratio hujus ordinis rerum, unde Sp. permanebit in aeternum, εἰς τὸν αἰῶνα ap. Jo. = Donec durabit hic rerum ordo. Idem erit consummatio saeculi ap. Matth. ita ut quoad rem ambo loci sint synonymi, differunt tamen modo significandi. Jo. significat directe durationem, Matth. vero terminum durationis. Rem eandem aliis verbis Paul. expressit 1 Tim. VI. 14 μέχρι τῆς ἐπιφανείας usque ad sec. adventum Dom. –

2° Dixit Sp. veritatis mansurum esse cum iis in aeternum neque ipsos orphanos relicturum sed semet ipsum ad eos venturum esse

Ergo Christus Dom. & Sp. S. veritatis manent cum Apostolis legatione fungentibus ma usque ad consummationem saeculi.

Atqui verba haec non possunt ad Apost. referri personaliter spectatos, ergo pertinent ad totam successionem. –

II Quam Christi institutionem exequentes Apostoli sibi alios substituunt, futuros depositi custodes ac per Sp. S. revelatae doctrinae praedicatores

Multis modis B. Paulus ante instante jam obitum suum repetit Tim. id quod Christus Dom. praeceperat Apostolis.

Hos immediatos successores suos jubent Apost. sibi alios substituere, quibus depositum acceptum tradant custodiendum & propagandum ulterius.

2 Tim. II. 1. Tu ergo fili mi confortare in gratia, quae est in Christo Je. 2 Et quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere –

Tit. I. 5. Hujus rei gratia reliqui te Cretae, ut ea quae desunt corrigas & constituas per civitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi .. 9 Amplectentem eum qui sec. doctrinam est fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana

Apostolorum discipulus, Petri successor S. Clem. Rom. in ep. 1 ad Cor. 42 successionem ita describit, ut primus fuerit Christus a Deo & Apostoli a Christo... Hos vero in plena persuasione Spiritus S. annuntiasse regni Dei adventum & praedicantes per urbes constituisse facta probatione, Epos & diaconos ... deinceps ordinationem dedisse, ut cum illi decessissent, ministerium eorum alii probati viri exciperent.

Cf. quae dixit Iren. III. 3

Juxta hunc successionis ordinem a Christo institutae jubent Apostoli successores suos immediatos servare mandatum usque in adventum D. N. J. Chr. 1 Tim. VI. 14 quo modo ipsos Christus jusserat docere usque ad consummationem saeculi

Porro doctores a Christo instituti tam diu erunt, quamdiu erit Ecclesia in hoc mundo, non consummata in membris suis (Eph. IV. 11) ad omnes igitur in perpetua successione transit charisma veritatis ad depositum custodiendum

eo omnes pertinent verba Apost.:

O Timothee depositum custodi ... quid est hodie Tim. nisi vel generaliter universa Eccles. vel specialiter totum corpus Praepositorum, qui integram divini cultus scientiam vel ipsi habere debent vel aliis infundere. Lirin. 27.

2. Tim. I. 13. Formam habe sanorum verborum, quae a me audisti in fide & in dilectione in Christo J. 14. Bonum depositum custodi per Sp. S. qui habitat in nobis.

1 Tim. IV. 13. Dum venio, attende lectioni, exhortationi & doctrinae. 14. Noli negligere gratiam quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterii. 16. Attende tibi & doctrinae.

VI. 13. Praecipio tibi coram Deo ... bonam confessionem 14. Ut serves mandatum sine macula. 20. O Timothee, depositum custodi

Act. XX. 28. Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Sp. S. posuit epos

Franzeliniana

166

Th. V (seq)

III. Remanet ut componamus discrimen intercedens inter charisma Spus. datum Apostolis et charisma concessum eorum successoribus in verbis Christi

"Ecce ego vobiscum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi."
et "alium Paraclitum dabo vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis"

Si enim verba haec pertinent ad totam apost. successionem, necesse videtur etiam omnes Sp. S. efficientias ad Apostolos successores protendere – quod evidenter falsum est

ergo neque verba Christi ad totam seriem referenda sunt –

Respondemus distinctione:

Si verba pertinerent eodem modo et eadem extensione ad successores, sicut ad Apostolos ipsos, eadem forent utrisque charismata Sp. S. C.

si pro diversitate munerum diversa est verborum extensio, N.

Circa Apost: 3 consideranda sunt:

1° immediate a Christo v. Sp. S. suscipientes doctrinam revelatam facti sunt novae revelationis organa authent. quibus tota revelationis summa complectitur.

2° singuli a Christo instituti sunt pastores pro universa Ecclesia.

3° omnibus simul et in communione existentibus datum est magisterium authent. fideique custodia in universa Eccl.

Hoc 3um in Apost: non erat separatum a 1° neque a 2° quippe inferius inclusum erat in illis superioribus, at per se ab illis separari potest.

Ex 3° hic praerogativis 1a profecto non pervenit ad Apost. successores. Hi enim doctrinam ab illis accipiunt instar depositi custodiendi et jubentur in ea permanere.

"Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem ... tu vero permane in iis, quae didicisti et credita sunt tibi, sciens a quo didiceris – 2 Tim. III. 10-14.

1 Tim. IV. 6. Haec proponens fratribus, bonus eris minister Christi J. enutritus verbis fidei et bonae doctrinae quam assecutus es

Unde nihil Ecclesiis commendatur impensius, quam ut permaneant in doctrina quam didicerant, in traditione quam acceperant ab Apost:

Rom. XVI. 17. Rogo autem vos fratres, ut observetis eos qui dissensiones et offendicula, praeter doctrinam quam vos didicistis, faciunt, et declinate ab illis –

1 Cor. XI. 2. Laudo autem vos fratres, q. per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, praecepta mea tenetis.
Col. II. 6. Sicut ergo accepistis J. C. D. in ipso ambulate, 7. Radicati & superaedificati in ipso & confirmati fide, sicut & didicistis ...
2 Thess. II. 14. Itaq fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, s. per sermonem s. per epistolam nostram
Hebr. XIII. 7. Mementote praepositos vestros, qui vobis locuti sunt verbum Dei[x] ... 9. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci

[x] quos intuentes exitum conversationis imitemini fidem

Neq 2a praerogativa transit ad successores quorum sine dubio auctoritas restricta est ad singulas Ecclesias, non vero protenditur ad Ecclesiam universam.

Ipsi Apostoli constituebant & constitui jubebant epos „per civitates" Tit. I. 5. (cf. supra) κατὰ πόλιν – „per regiones & civitates" κατὰ χώρας καὶ πόλεις ut & apud Clem. Rom. (v. supra)

Unde 1 Petr. V. 1

Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior & testis Christi passionum ... 2 Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee sec. Deum ubi ἐπισκοποῦντες habet jam consecratam illam pastoralis muneris significationem.

Eodem modo hortatur B. Paul. „majores natu ecclesiae" Ephesinae i. e. seniores – Act. XX. 17 – 28.

Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Sp. S. posuit epos regere (ἐπισκόπους ποιμαίνειν) Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo –

Hic locus si comparetur cum verbis Petri modo supra totam quaestionem illustrat.

Imprimis: ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ (ubi propter articulum & ea quae sequuntur: quam acquisivit sanguine suo" intelligenda est universa Ecclesia) pendet a voce „epos" ita Epos (loquitur autem indefinite, in plur:) munus ac charisma est „regere Ecclesiam Dei".

Si vero singuli spectentur epi, non sunt vocati ad universam Ecclesiam regendam, sed quisq pascit gregem suum, in quo positus est per charisma Sp. S.

Unde verba „universo gregi" παντὶ τῷ ποιμνίῳ significant non absolute universum, sed totum illum gregem in quo quisq est positus.

Trid. sess. 23 c. 4. Vatic. consd. de Eccles. c. 3.

Ergo non competit nisi 3a praerogativa legitimis Apost. successoribus i. e. magisterium authent: in universam Eccl. munusq pascendi, quod prout spectantur collective: singulis vero idem jus non competit nisi in proprio grege.
Soli successores principis Apostol: habent potestatem regendi totam Eccles:

IV

Th. V (seq.) 3

Distinguentes munus Apost: extraordinarium (nō communicandū successoribq) ab ordinario (i. propagendo) dicimq:
Dignitas organi novæ ē immediatæ revelationis erat extraordinaria in Apost.
Auctoritas universalis magisterii in Petro, visibili capite Ecclesiæ erat ordinaria, in ceteris Apost: extraordinaria –
eadē auctoritas erat in Apost: ordinaria, si spectentur collective in unione cū Petro e h. sensu transiit etiā ad successores Apost: si collective spectentur, in unione cū Petri successoribq. –
Hinc varia statuenda ē extensio verbor Xti:
1º promissiones pertinent ad Apost: sec. munus extraord; significant charisma immediatæ revelationis ē infallibilitatē personalē in praedicando e custodiendo doctrinā
2º pertinent ad eosdē Apost: sec. munus ordinariū, prout cū iis authentici instituuntur pastores, doctores, custodes doctrinæ revelatæ, duraturi usq ad finē saeculi –
Hinc omnibq simul, prout sunt doctores universæ Ecclesiæ, ō spectantur in communione promittitur assistentia Sp. S. ad infallibilē praedicationē – verba autē usque ad consummationē saeculi v. in æternū pertinent ad h. munus ordinariū, nō vero ad charisma extraord. immediatæ revelationis neq ad extraord: infallibilitatē singulor per se ō seorsū, excepto Petro.

Franzeliniana

Th. ~~VI~~ V

De nexu intrinseco, quō principiū Traditionis cohæret cū necessariis religionis christianæ proprietatibꝫ.

—

I. Probavimꝫ ex historia religionis christianæ origine, a Chto D. institutā esse oeconomiā custodiæ fidei, ad revelationē integre conservandā, infallibiliter propagandā; nunc ostendimꝫ hanc Traditionis modū intime cohærere cū necessariis omnis divinæ revelationis notis, cū ejꝫ universalitate ē unitate.

—

Universalitatē revelationis vocamꝫ modū proponendi eā omnibꝫ, quibꝫ proponenda ē, ut absq/ erroris periculo, credere morali possibilitate possint ē teneantur.

Hujꝫmodi universalitas, si Deꝫ aliquid revelaverit omnibꝫ gentibꝫ omniq/ creaturæ, necessario a sapientia ē bonitate Dei exigitur.

Atqui si excludatur revelatio immediata facta singulis, nō remanet modꝫ conservandi ē proponendi revelationē, accomodatꝫ omnibꝫ, nisi per legatos authent. ē facile cognoscibiles.

Ergo ab oeconomia legatoꝫ Dei, tanquā a causa ē principio suo, pendet necessaria revelationis universalitas. –

Dem. Min. Seposita revelatione immediata legatorꝫ auctoritate facile cognoscibili, a quibꝫ doctrina div. nō propter argumenta, sed propter authent. propositionē suscipiatur, nō restet modꝫ aliꝫ, nisi per demonstrationē scientificā.

Atqui evidens ē, nō omnibꝫ tantū scientiarꝫ convenire, aut utile esse, quā si rebꝫ fidei ante fidē susceptā omnes studiū suum impendant.

Obj. I. Gratia illustrationis internæ supplet externæ propositionis defectū.

Resp. Gratiæ illustrationis internæ concomitans etiā externā fidei propositionē maxime accomodatā ē absolute necessariā, ut possit assensꝫ haberi supernaturalis –

at gratia illustr. intern. quæ vices ageret ipsius externæ propositionis esset v. simpliciter v. æquivalenter gratia revelationis immediatæ. Atqui gravissimis

Th. V

Principiū Traditionis ē ita necessariū religioni Xanæ, ut absq/ eo ~~nequeat univer~~ amittat essentiales proprietates suas, universalitatem ē unitatem. –

ejusmodi oeconomia per se nihil habet, q. repugnet, videlicet, ut singuli immediate instruerentur a Deo de omnibus fidei veritatibus, tamen in praesenti rerum ordine neq promissa unquam fuit neq existit.

Obj. 2. Rudibus est indoctis consulere potest auctoritas scientifica, licet mere humana.

Resp. *Supponuntur 2 falsa

a) homines illos doctos absq pendenti erroris formidine ope solius scientificae inquisitionis pervenisse ad plenam certitudinem, : quae omnes est quae solae veritates est quo sensu continentur in revelatione

b) eos ita perfecisse ad hunc finem, ut haec illorum scientia rudibus innotescat, nec hi errores possint aliquos inspirari.

Falsa esse haec duo, demonstrant tum natura et indoles et innata difficultas omnium fidei veritatum, tum ingeniorum eruditionisq in hominibus doctis quam maxima varietas, deinde sententiarum diversitas quae inter doctissimos quosq solet exoriri in quaestionibus difficilibus, ubi norma auctoritatis deest denique absoluta rudium omnium impotentia judicandi de gradu certitudinis, qui convenit doctorum scientiae, multo vero magis, si discernendum illis esset inter diversas sententias veritatem aut falsitatem. – .

Unde haec mere hum. scientifica eruditorum hominum auctoritas pro rudibus non modo non foret certitudinis fundamentum, sed novos seges dubiorum, augeretur adhuc eorum impossibilitas perveniendi propriis viribus ad certitudinem aliquam, hac una excepta, inveniri non posse quod verum sit quod falsum in fidei rebus, ergo nec debere –

Itaq nullus datur modus conservandi propagandiq revelationem accomodatus omnibus, praeter facile cognoscibilem auctoritatem fidei custodem.

Fere idem dicendum est de fidei unitate. Demonstrata est conjunctione authent. magisterii cum necessaria fidei universalitate, demonstratur etiam ejusdem conjunctio cum fidei unitate, quae ab universalitate distingui quidem potest, separari non potest.

---

*Nos respondemus, tum fidem mere hum. fore, utpote innixam auctoritati mere hum. – posset cum auctoritas mere hum. medium fieri quo revelantis Dei auctoritas nobis ita innotesceret, ut fidei assensus non praestaretur jam propter hum. auctoritatem, sed unice propter Div. Haec tamen alterius loci controversia est.

Respo. etiam hanc exceptionem fieri non posse a Protest: qui propterea Eccle: auctoritatem in rebus fidei respuerunt, q. esset mere hum: solam autem divinam auctoritatem locum habere in quaestionibus fidei. – Re tamen vera divinae auctoritati substituerunt hum. quam plebes sequantur, quatenus cathol: Eccl: auctoritati refragantur.

169

2. Quae ex ipsis rer. naturis demonstrantur quasi a priori, etiã a posteriori per facta patent.

Primi Deformatores negatâ authentici magisterii auctoritate, substituerunt ei singulor. inspiratione legentium: verbum Dei, s. legatur s. audiatur, insita sibi virtute, quae ẽ virtus Sp. S. illuminare singulos ẽ sanctificare; ipsum Sp. S. singulis ẽ doctorẽ esse ẽ interpretẽ: queny judicẽ liberrimũ esse omnium qui doceant eũ, utq. a Deo solo docti.

Illuminatio igitur nõ tantum ea, quã Cath. concedunt, gratiae ẽ ad fidẽ necessaria, sed externam prorsus excludens authent. magisterium, singulos judices constituit omnium docentium (i.e. ipsius Eccl:)

Gerhardus: Scripturã sui ipsius interpretẽ esse i.e. Sp. S. esse interpretẽ sui proprii sensus.

Schmid: quum primum aliqui Dei verbum (in Scr.) excitat, virtus Sp. S. ẽ in illo inseparabiliter semper conjuncta ita, ut virtus ẽ efficacia verbi ẽ virtute Sp. S. sit prorsus una eadẽq., vere divina, nec magis verbum quam ipse Sp. S. sine hac virtute esse v. cogitari possit.

Nullo tum opus erit legatis divinis, quisq. sibi sufficiet, ẽ sibi erit Eccl: Deniq. unitas fidei sua consequetur sponte, cum singulis idẽ Sp. S. qui pugnare secum nõ pot. intelligentiam divini verbi ex opere operato infundat.

At fictum esse mendaxq. charisma a Deformato: ribus suisq. asseclis vindicatum, alta clamat voce rer. seriẽs gestar., ubiq. referta contradictionibus in gravissimis revelatae doctrinae capitibus. Solus Luth: diversis temporibus diverse de eadẽ doctrina statuit; innumerabiles deniq. exortae sunt haereses, omnes a Sp. S. edoctae, omnes invicẽ se oppugnantes, dirissima adversariis suis ẽ imprecantes ẽ ubi fieri licuit etiã infligentes.

Tum vero si nullum ẽ in singulis inspirationis extraordinarium charisma, interpretatio a quavis liberata auctoritate, aut ad furorẽ fanaticum

redit aut ad privatā scientif. inquisitione. Hac aute nullā fidei consensū, nullā unitatē gignere pō. Ipsi Protest: experientia magistra, h. intellexerunt. Hinc omnes qui aliquā positivā religionē communeq doctrinā salvā esse voluerunt, coacti sunt ad idē ~~principiū~~ auctoritatis redire, quo negato, suā ab Eccl: defectionē defenderant - itaq factū ē, ut v. ~~prax~~ cū usu quotidiano v. semel ē doctrina ē agendi ratione, antecedente Luthero, i. stabilirent principiū istiq arrogarent, nihil solliciti de contradictiones enormitate. + -

\+ Ipsi Protestantes duplicē fatentur Lutherū: eū qui ante a. 1525 s. ante magnas in Germania rusticor ~~tumultus~~ fanaticorq horrores, asserebat singulos a solo Deo doctos esse, qui pō a. 1525, ut aliquā crearet inter suos unitatē, docebat nunq eccl: esse a Deo institutā, ejq unicū fontē Chtū esse Christiq institutionē. Prior seditiosa audacia sese opponebat auctoritati hierarch. in conscientias, posterior inquietq fluctuabat inter spiritq libertatē illimitatā ē rigorosā authent. magisterii auctoritatē" (Schwarz)

Alii qui sibi constare volunt, ex suis principiis concedunt fidei unitatē esse impossibilē, eā nō necessariā judicantes ad communionē religiosā ē ad aeternā salutē.

Consequens sane legitimū ē, tamē nihilominus absurdū, unde antecedens etiā nō pō nō absurdū esse. -

Varietates. hae sunt.

1° rationalistae: fundamentale independentis interpretationis principiū sec. totā vim suā exequendū esse: Scr: nō esse normā credendi idq solū verū esse habendū q. quisq ~~e~~ s. de Scr: s. aliunde propria ratione sua intellexerit - hos solos genuinos esse protestantes

2° a) Pietistae: necessariū esse aliquē sensū religiosū, fiduciā aliquā in Chtū Salvat: dogmata vero ἀδιάφορα esse

b) Unionistae universales: postulari aliquā fidē generalē in Chtū ejq Scr: ut publicū religionis christianae instrumentū; in reliquis plenā patere omnibq libertatē, qui pertinere velint ad protestantismū oecumenicū. - (Posse esse aliquē verē fidelē, etiamsi ne unū quidē admitteret dogma Eccl:... Domi. ipsū velle Eccl: varietatē, secq locuturū fuisse Clarisq .)-

c) Unionistae positivi: unitatē professionis in iis postulari in quibq diversae sectae consentiant in quibq vero dissentirent, permittendā esse plenā libertatē. -

d) Unitatē fidei praeferendū esse principio absolutae singulorq independentiae: constitui auctoritatē eccl: oportere, a qua nefas sit singulis degredi. -

Franzeliniana.

V

Th. VI (124).

Distinguuntur

a) Lutherani antiquae professionis: pro norma obj. esse primos Reformatores auctoritate librorumq symbol; adeoq traditionem illam recentissimam, inde a saec. XVI incipientem.

b) Neolutherani: auctoritatem postulari Eccl: divinitus constitutae, hanc primitus a Christo et ab Apost. fundatam fuisse.

c) Pseudoprophetae: quos innumerabiles sunt sectae: novam exspectandam esse Christi adventum novamq abundantiorem Sp S. effusionem; quae nova gratiarum effusio sec. aliorum jam facta est his ultimis temporibus.

Hinc patent quae seqq:

Agnoscere auctoritatem a Christo institutam (quae non pot. non esse perpetua) simulq non condemnare impiam contra eandem auctoritatem rebellionem, absurda est contradictio. –

Agnoscere falsitatem esse absolutam singulorum independentiam in Scr. interpretandis – et probare Reformationem, quae illo principio abjecto existere omnino nequit, altera manifesta est contradictio ...

Atqui haec omnia protestantes orthodoxi saltem quotidiano usu admittere coguntur. Ergo ingenti quadam et non tolerabili contradictione miseram suam ab Eccl: separationem impudenter defendunt. –

Franzeliniana

Th. VII

Eadē oeconomia pō libros N. T. conscriptos incommutabiliter perdurat.

I. Apostolicū magisteriū successionis a Cto ipso institutū ad Div. doctrinā integre servandā, infallibiliter propagandā, ex Salvat. promissione debet esse perpetuū usq ad consummationē saeculi: nō ē accidentale quid, ex mutabilibq rerū adjunctis pendens, q. etiā aliquando abesse possit, quin tamē ipsa religio extrane pereret, sed ē principiū ē causa, qua essentiales christianae religionis notae conservantur.

Hujq modi vero nunq immutabile esse oportet neq Deq quū sibi vehementissime contradicat, hujqmodi semel constitutā oeconomiā pō in contrariā pervertere.

Ergo ex ipsa religionis naturae immutabilitas oriretur Trad: conseq.

II. Idē efficitur, si considerentur N. T. libri.

1° adjuncta scriptionis: antequā existerent libri aliqui, multo vero magis antequā collecti in canonē unū legerentur per Eccl: erant jā Eccl: constitutae, ordinabantur epi, qui per charisma Sp. S. sibi communicatū custodiebant traditā ab Apost doctrinā, ipsi alios sibi successores instituebant, eodē charismate instructos. Fideles vero pendebant obedientia fidei ab iis utpote legatis Dei ipsius, a quibq acciperent praedicationē doctrinae ē explicationē. Nō haec dependentia erat dicentiū a scientiā docentiū, quū libri adhuc nō extarent, sed authent. erat magisteriū, a quo per fidei obedientiā pendebat unitas Ecclesiae.

Ergo libris traditis nō destruebatur constituta Eccl: oeconomia, sed accedebant documenta juxta oeconomiā divinitq institutā adhibenda, conservanda, explicanda.

2° Tū ex historica origine tū ex interna librorum dispositione constat, singulos fuisse scriptos data aliqua occasione particulari, ad finē particularē,

ad singulares Ecclesias vel personas. Nulli scriptori propositum erat in libro aliquo consignare integram christianae religionis disciplinam. Unde nusquam plena, didactico modo exposita doctrina; multa gravissima vel prorsus omissa v. obiter delibata. Unde patet nunquam apostolis in mentem venisse, hujusmodi scriptis substituere authent: magisterio doctor quos lib[eris] jusserat omnes gentes docere usq ad saeculi consummationem. I. vero ex hypothesi; tota revelatio scriptis contineretur, non tam materiae defectus quam tractationis ~~formae~~ ~~[illegible]~~ nostram assertionem propugnat.

Hac libros historica praemissa origine atq intrinseca dispositione, gratuito affirmatur totam revelationem in iis contineri. Quamvis ~~[illegible]~~ ante nec singuli scriptt. hujusmodi haberent propositum nec inter se inirent consilium scriptis suis aliquid totum componere, poterat sane Sp. S. auctor princeps Scr: omnia ita dirigere, ut invitis etiam scriptoribus inscriisque habeatur integrae doctrinae expositio - q. tamen facta esse nullo pō modo demonstrari, nisi supponatur i. q. quaeritur, Deum voluisse, ut Scrip: esset unicus fons, unde tota cognosceretur revelatio. -

Ex lib. quidem verbi affati constat de mandato Apost: intimato, ut docerent gentes perpetua successorum detensione usq ad finem saeculorum, nihil vero legitur neq ex libris dat Apost. seu verbis seu modo agendi cognoscitur, fuisse omnino consilium, consignandi litteris integram revelationem. Neq. christiana persuasio ante saec. XVI aliquid hujusmodi aut sensit aut suspicata est.

Fatentur id Protestantes - Doederlein - Lessing

3° In libris ipsis, de quibus sermo est, non modo supponitur authent. magisterium, sine quo multa consilia aut institutiones omnino intelligi non potuissent, sed diserte fideles relegantur ad praedicationem auditam in ea q jubentur manere. Rom. XVI. 17. 1 Cor. VII, 17. XI. 23. XIV. 33. XV. 1. - 2 Cor. I. 18. Gal. I. 18. Phil. IV. 9 etc.
Designantur insuper custodes depositi, doctores authent. perpetua sibi serie successuri. -

Scholion

Movetur 2^ex^ quædā difficultas à Gerhardo aliisq.

Auctoritas organi traditionis nō pō demonstrari ex testimoniis Scr. nisi cognitio 1° auctoritatis ē 2° veri sensq Scr. supponatur antecedenter ē independenter ab auctoritate organi traditionis

Atqui auctoritas organi Trad. demonstratur ex testimoniis Scr.

Ergo supponitur 1° cognitio auctoritatis ē 2° veri sensq Scr. independens ab auctoritate organi Trad.

Ergo supponitur verū q. demonstratur falsū.

I. Resp: D. M: nō pō institui ea demonstratio ex Scr. nisi supponatur cognitio auctoritatis omniū librorq in omnibq textibq apud omnes fideles N. M.

nisi supponatur cognitio auctoritatis quorundā librorq in quibqdā locis ē apud quosdā fideles

Sub. M:

nisi supponatur cognitio auctoritatis quæ ē ex veracitate librorq – C. M.

nisi supponatur cognitio auctoritatis quæ ē ex inspiratione librorq, N. M.

II. Nō pō institui demonstratio, nisi supponatur cognitio veri sensq D. M.

nisi supponatur cognitio veri sensq secundū totā amplitudinē doctrinæ ē nisi supponatur integrā religionē christianā ex iis libris derivari posse a singulis independenter ab auctoritate organi Trad. N. M.

nō pō institui demonstratio nisi supponatur cognitio veri sensq quorundā singularium testimoniorq, subd: M.

nisi supponatur cognitionē haec a quibqdā qui huic demonstrationi instituendæ v. percipiendæ idonei sunt, obtineri posse, praescindendo nō tamē deficiendo ab auctoritate organi Trad. C. M.

nisi supponatur haec cognitio Scr: omnibq accomodata, N. M.

Dist. m. Haec demonstratio instituitur a nobis tū theol. ut sec. scientiā explicemq distinctiq rationē fidei, tū polemice, ut eā defendamq

contra adversarios, admittendo libros aliquos sacros ex generali demonstratione externa saltem ut veraces v. etiam ut inspiratos ex principio admissa ab ipsis adversariis, C. A m.

instituitur tanquam necessaria omnibus et per sese ad acquirendam plenam cognitionem auctoritatis in successione apost. N. m.

Dist. Conseq: supponitur quorundam librorum auctoritas veracitatis ex demonstratione externa generali, v. etiam inspirationis ex principio adversariorum, C.
supponitur cognitio auctoritatis omnium librorum N.

supponitur sensum verum certo intelligi posse in hisce claris determinatis locis et ab iis qui demonstrationi percipiendae sunt idonei, C.
supponitur posse universam doctrinam revelatam ex Scr. determinari a singulis, independenter ab auctoritate magisterii N.

Ad illud q. additur:

Resp: propositum est demonstrare falsum, posse universam revelatam doctrinam a singulis determinari ex solis Scr. independenter ab organo divinitus instituto et charismate veritatis instructo ad custodiam et explicationem depositi fidei C.
est propositum demonstrare, nulla esse in Scr. testimonia clara et evidentia v. generatim nullam posse ex eis institui convincentem demonstrationem, non excludendo quidem auctoritatem organi Trad. ab ea tamen praescindendo N.

Nota: Ex generali demonstratione externa supponimus, evglia et scripta apost: genuina esse; pariter supponimus ex horum librorum genuitate demonstratum esse evglicae narrationis veracitatem, atque hinc ex factis verbisque Xti in evglio consignatis consequi apparere Salvat. divinam auctoritatem. His positis verba Xti intelliguntur divina esse et doctrina ejus revelata, ceterum libri solum ut veraces affirmantur, non ut inspirati. —

Nihil igitur nisi hanc gralem externam demonstrationem supponimus. - Si vero agatur polemice cum Protest: qui adhuc canonem aliquem admittunt, possumus atque petiti principii opprobrio tanquam commune nobis cum illis fundamentum ponere divinitatem Scr. et inspirationem. —

Sectio i

De divinae traditionis formali ratione ē existentia.

Cap. 2.

De formali traditionis ratione ex constitutione Ecclesiae inde ab aevo apostolico

(Th. VIII – XII)

8. 10. 11. 12.

Franzeliniana.

Th. VIII

Traditionis ratio formalis demonstratur ex constitutione e principiis Ecclesiae.

I. Fieri nō potuit, ut Ecclesiae constitutio in omnibus Eccle: corrupta mutaretur in oppositā, quaedā pō mortē Apost: nusquā repentina facta ē uniq generationis per alterā substitutiō, sed ubiq: lenta e perpetua successionis exceptiō. Quare si in sequentibq generationibq reperiuntur Ecclesiae ubiq eo traditionis principio gubernatae, q. ex scriptis evang. ē apost: demonstravimq a Xto institutū, ab Apost: ex Xti dispositionē in usū perductū esse, efficitur ditiq historiae ineluctabili argumento, verū sensū externae institutionis illū esse, quē supra proposuimq ex intellectu Eccl:

Adversq protestantes in hac thesi nō appellamq ad testimonia antiquitatis externae tanquā ad authenticā propositionē revelationis de organo custodiendae doctrinae quā authentia illa negetur ab adversariis, sed tanquā ad histor: testimonium fidei q. quisq agnoscere debet. Ex hac vero testificatiōe inferimq sensū verbi Dei de traditionis principio nō aliū esse posse, nisi quē universa antiquitas ē theoretice ē practice semper ē ubiq professa ē, idq nō propter supranaturalē testiū auctoritatē inferimq, quē illi negant, sed propter historicā mutatiōnis impossibilitatē: oportuit enī statī pō Apostolos invectā esse irrepsisse in ipsa fundamentalia Eccles: principia.

1° PP omnes, 1ae 2ae 3ae successiōnis in omnibq Eccl: orientis ē occidentis instar axiomatis habent: continuā pastorū successiōnē divinitq institutē nō interrupta serie usq ad Apost: pertingentē organō esse visibile doctrinae externa integre intemerateq servandae ē propagandae. Hanc igitur ex traditione, quae ab initio ē, accipiendā esse.–

PP apostolici Clem. Rom. Ignat. Polycarp. Hegesippq (2° saec) docent Apostolos ex Xti mandatione ordinavisse perpetuā succedentiū sibi seriē Eppoq, qui sequendi sint tanquā Xtq ipse, quoq communio vitet haereses, servet verā doctrinā – h. vero modo tenendā esse traditionē ab initio acceptā.–

De nulla re magis sollicitq ē S. Ignat: in epistolis suis quarū summā hoc reddt ex sententia Euseb: (III. 36) singulares Ecclesias monebat imprimis, ut maxime caverent haereses tū primū emmpentes ē invalescentes hortatqq ē, ut tenacider inhaererent Apost: traditioni, quā testificans jā

Th. VI

Formalis ratio atq. indoles Traditionis demonstr: ex doctrina PP.

etiā scripto consignare securitatis causa necessarium duxit.

Polyc: ad Phil. 7: relinquentes vanitatē multorū ē falsas doctrinas, ad traditā nobis ab initio doctrinā convertamur.

Sæc II Iren. ē paullo pō Tert: data opera doctrinā de traditione traditionisq organo multis contra hæret: defendunt ē explanant.

Gnosticis occultā jactantibq doctrinā ad ipsos solos per generationū successionē derivatā, Iren. concedit esse præter Script: etiā traditionē, at negat eā aliā esse quā publicā in Eccl: universa, eiqq organō dicit successionē esse Epōr inde ab Apost:

"Habemq annumerare eos, qui ab Apost. instituti sunt Epi in ecclesiis ē successores eorū usq ad nos"

Tert: vero in præclarissimo loco suo Præscr: 32. 37. postulat ab hæret: qui vellent ē auderent interserere se aetati apost: „ut edant origines ecclesiarū suarū, evolvant ordinē Epōr suorū, ita ut primq ille Epq aliquē ex Apost: vel apost: viris qui tamē cū Apost: perseveraverit habuerit auctorē — h. illos nō posse, Catholicos vero incedere in ea regula, quā Eccles: ab Apost, Apostoli a Cto, Ctus a Deo tradidit, propterea nō esse admittendos hæreticos ad ineundā de Script. provocatione, quos sine Scripturis probamq ad Script: nō pertinere. —

Q. idē fundamentū Orig. tradit:

Cū multi sint qui se putant sentire, quæ Cti sunt, ē nonnulli eorū diversa a prioribq sentiant; servetur vero eccles: prædicatio per successionis ordinē ab Apost: tradita ē usq ad præsens in ecclesiis permanens: illa sola credenda ē veritas, quæ in nullo ab eccles. ē apost. discordat traditione.

De princ: praef.

Idē reliqui PP tradidere usq ad Vinc: Lir: plerūq ipsi pastores Eccles:

hanc præcipuā esse Epōr sollicitudinē, ut acceptā a majoribq doctrinā tradant integrā suis successoribq.

Iren. IV. 33. Tert. praes. 6. Aug. c. Julian. II. 34. Lir. 12. 14. 26. 27. 32. —

2°. Criteriū integræ doctrinæ apost. habebatur semper communio ecclesiarū ē consensio cū ecclesiis apost. maxime cū Eccle: Petri, in qua etiā sola continetur demonstratio tū sinceræ apost. doctrinæ tū communionis cū universa Ecclesiā.

Notū ē Iren. testimoniū III. 3.

ad Rom: ecclesiā propter potentiorē principalitatē necesse esse convenire omnē Ecclesiā, hoc ē eos qui sunt undiq fideles, in qua semper ab his qui sunt undiq, conservata ē ea quæ ē ab Apost: traditio.

ex Cod. Clarom.
Massuetq: potiorē – reliqui codd: potentiorē

ubi animadvertatur, sensū fere eundē remanere s. in qua referatur ad Eccles. Rom. q. magis convenit, s. referatur ad imediate præcedens: omnē Eccles:

Si primū, dicitur ab omnibq Ecclesiis in Eccles. Rom. tanquā in principio ē causa unitatis fidei conservata esse traditio Apost.
Si alterū: dicitur in tota Eccle: per consensū ē unionē cū Eccles: Rom. servata esse traditio apost.

Apos optime Tert: Præscr. 20. 21.
(Ecclesias apud unāquāq civitatē condidisse, a quibq traducē fidei ē semina doctrinæ cetera exinde Ecclesiæ mutuatæ sunt ē quotidiē mutuantur ut Ecclesiæ fiant ... constat proinde omnē doctrinā quæ cū illis Ecclesiis apost. matricibq ē originalibq fidei conspirat, veritati deputandā, sine dubio tenentē q. Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli a Chto, Chtq a Deo accepit ... Communicamq cū Ecclesiis apost. q. nulli doctrina diversa: h. ē testimoniū veritatis. –

Cypr. de unit. Eccl. – Optat. VII. 5. Cassiā de Incarn. I. 6. Lir. 4. 8. 23. 28. 39. –

Hanc a Chto institutā unitatē ē consensionē Epōr, quæ efficitur per unionē ē consensionē cū successoribq Petri, esse criteriū integræ doctrinæ declarant PP grandi docebant ea, cū Apost; prout repræsentabant omnes successores suos

Negare nō potes, scire te in urbe Roma Petro primo cathedrā episcopalē esse collatā, in qua sederit omniū Apost. caput Petrq, unde ē Cephas appellatq ē: in qua una cathedra unitas ab omnibq servaretur, nec ceteri Apost. singulas sibi quisq defenderet, ut jā schismaticq ē peccator esset qui contra singularē cathedrā alterā collocaret. – Optat. II. 3
(alloquitur ante Parmenianē Donat.)

Eadē causa fuit, cur PP solliciti sint de enumerandis successoribq Petri, videlicet quia ad Eccles: Rom. propter potentiorē principalitatē necesse erat omnē convenire Ecclesiā, nā imediate demonstrata vera apost. successione mediate ex communione Ecclesiaz inter se ē cū Eccles. Rom. continente ceteraz unitatē, ostenditur fidei apost. integritas.
Iren. III. 3. Optat. II. 3.

Petra enim, super quam aedificavit Eccles. suam Xtus, prout durat in successione Petri est causa formalis, cur Eccles. docens sit unum corpus per assistentiam Sp. S. tanquam per causam efficientem – Corpus enim Eccles: docentis non est simpliciter Eccles. docens, cui promissa est assistentia Sp. S. nisi quatenus unita est visibili capiti suo et per illud informatur

3° Successio apost. sic unita et consentiens, agens sub assistentia Sp. S. constituit summam totius de authent. traditionis organo doctrinam.

Hinc omnis doctrina permanens PP.

fieri conservationem integrae doctrinae "per charisma veritatis certum" Iren. IV. 26 –

per operationem Spi III. 24

per doctorem veritatis, qui non sinit Ecclesias aliter intelligere, aliter credere quam ipse per Apost. praedicabat – Tertull. Praescr. 28

per Dom. Ecclesiae inhabitatorem " Aug. in ps. 9. 12.

In Sede apost. inviolabiliter semper cathol. custoditur religio – quia non potest D. N. J. Chsti praetermitti sententia: tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. – (Professio orient. in Conc. VIII et ante subscripta sub Hormisda)

Unde a Xto propositos doctores, quisquis in sensu cathol. dogmatis unum aliquid in Xto sentientes contempserit, non hominem contemnit, sed Deum. Lir. 20.

4°. PP. vetustissimi docent, primum omnium quaerendum esse, ubinam sit Eccles. a Xto instituta et ab Apost. propagata, in hac reperiri totam Xti doctrinam.

Iren. III. 24. Fugere oportet sententias ipsorum confugere autem ad Ecclesiam et in sinu ejus educari et Dom. Scripturis enutriri. –

Ignat. ad Magn. 7. Clem. Alex. Strom. VII. Tertull. Praescr. 19. et 37. Orig. praef. in Princ. Cyrill. Hieros. cat. XVIII. 26. 27. –

II. Idem demonstratur ex modo agendi et judicandi de quaestionibus fidei, qui ubique observabatur, videlicet tradi integram revelationem per consensum pastorum hujus consensum certissimum esse criterium apost. doctrinae originis. Doctrinam vero ei repugnantem, eo ipso non esse traditionem divinam. –

Franzeliniana.

177

Th. 6

Th. VIII (seq.)

1° Argumentū princeps, contra q. nō datur exceptio, ut doctrina aliqua s. revelata demonstretur n. falsa, hē: cui credit quae sub caelo ē, cathol. Eccles. ē omnes Epi consentiunt nobiscū — Concil. Antioch. c. Paul. Samos. Conc. Nicaen. in fine symb.

Hinc ad probandā singulor orthodoxiā postulabatur cōmunio cū Epis cath: in unitate perseverantibus cū Ecclesiis apost. maxime vero cū centro ac vinculo unitatis ē consensionis, Pontif. Romano.

contra Gnosticos Iren. ē Tert.
contra Novatian. Cyprian.
contra Semiar. Basil
contra Apolinar. Greg. Naz.
in schismate Antioch. Hiero.
contra Monoth. Ep. orient. in profess. Horm.
contra Photianos idē in synodo VIII.

2° Doctrina fidei tradita ē a Deo Apostolis, ab Apostolis Ecclesiae ē jugiter conservata a successoribg: hinc semper appellatū ē ad antiquitatē doctrinae ab haeret. impugnatae ē alterū prolatū principiū: nihil innovetur, nisi q. traditū ē. Verba Stephani in causa rebaptizantiū. –

Hoc modo damnati fuere omnes quos enumeravimus haeresiarchae, semper erat ide
u negotii exitg usitatg ē solitg: retenta ē sci. antiquitas, explosa novitas. Lir:

Appellantibg vero ad PP. decenores nō tā propositū erat historice demonstrare doctrinae alicujg ab Apost: derivationē quā theologice ex consensu antecedenti inferre absolutā antiquitatē ē apostolicitatē doctrinae. Inde consensg proxime antecedentiū PP. sufficere putabatur neq inquirebatur in antiquissimos doctores; erat eni omnibg persuasū, PP. consentientes nunquā tradidisse tanquā fidei doctrinā, nisi q. accepissent a decenoribg suis.

Ita saec. V PP. Ephes. appellant ad X PP. antecedentes, quor duo soli sunt saec. III (Greg. Felix P.), reliqui posteriores. Leo M. ep. ad Leonē Aug. appellat ad VI. PP. auctoritatē quor 3 saec. IV, aliū 3 saec. V.

Inter XXV PP. citatos ab Aug. co. Jul. I. duo soli (Iren. Cypr.) vetustiores sunt saec. IV – etc.

Denique homo protestans, Münscher, veri evidentia coactus, factum agnovit (H. D. III. p. 132)

Th. IX.

Visibilis constitutio organi Traditionis ē accomodatissima muneri injuncto.

Causa adaequata, quae per Apost. successores infallibiliter certo modo revelationē conservat, ē ipse Sp. veritatis, perpetuo assistens successoribus Apost. juxta Christi promissū.

Nō tamē adē iis veluti novo organis revelationis, sed ut custodibus depositi.

Ideo nō assistit per continuas revelationes, sed per assistentiā „ne unquā in errorē eat" quālibet studiosissima speculatio hum. ē industria.

Inde elementū hum. nō excluditur, imo ipsū illud elementū sub Sp. S. directione ē veluti corpus visibile, charismate invisibili informatū.

Est ergo ex ipsius Chri institutione utrumq. munus conjunctum – unde 1 Cor. XII. 28 utrumq. uno Dr nomine expressum. expressum videtur: Quosdam quidem posuit Deus in Eccl: 1um Apost. 2o proph. 3o Dr.

q. si quis hic sermonem esse objiciat. de charismatibus extraordinariis, sane non erit parallel. adæquatus et nomen Dr in utroq. loco genericam tantummodo haberet significationem. Sed Tr. non erit insistimus.

Præter locum supra citatum alius etiam locis eadem custodiæ depositi et doctoratus unitas declaratur

2. Tim. 14-17. Tu vero permane in his quæ didicisti et credita sunt tibi, sciens a quo didiceris.

Ad h. ipsum tradit ei Scr: instrumentum fidei et doctrinæ, ut utatur ea, ad docendum, arguendum etc. corripiendum, erudiendum

ib. II. 15. recte tractare verbum veritatis

1 Tim. IV, 13 sq. attendere lectioni et doctrinæ

II. Ex hac d.ᶜⁱ tū fidei custodis tū explicandis doctr. nis functione arctissime inter se cohærente, evidens ē, non ideq principium, q. infallibilitatē confert in custodiendo, conferre etiā infallibilitatē in explicando deposito. Quibus ergo demonstratur promissio Christi semper affore Sp. S. assistentiā, ut integre possit fidei depositū ab Apost: successoribus conservari, iisdē etiā demonstratur, hanc Sp. S. assistentiā causa efficiens, per quā fidei custodes eū infallibiliter explicent, proponant, definiant, quoties opus fuerit.

Huc afferendi sunt PP quos a nobis citati in th. VIII sub no. 1.

H. tamē ordinariū charisma nō operatur per novā revelationē (cf. th. XXII), sed per jugē Sp. S. assistentiā, ita ut hum. elementū nō excludatur, sed necessario supponatur. Distinguimus occasionē, præparationē, ultimā conclusionē.

1° Occasionē frequentissime præbent controversiæ, errores, hæreses.

„Multa quidē ad fidē cath. pertinentia, dū hæreticorum callida inquietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, ē considerantur diligentius ē intelliguntur clarius ē instantius prædicantur ē ab adversario mota quæstio discendi existit occasio."
De Civ. Dei XVI. 2. — Cf in psalm. 54/22

2° Præparatio latissime patet. Elementū hum. continet scientiā sacrarum disciplinarum studiū Scr. patrologiæ, liturgiæ, archæologiæ eccl. omniumq monumentorum eccles. Tota tamē hæc opera ac industria subordinari debet magisterii auth. vigili inspectionē. Totū porro elementū hum. semper spectandū ē sub speciali providentia ac directione Sp. S., ita ut elementū hum. a Div. distingui quidē, nō autē separari possit.

3° Conclusio explicationis ē ipsa authent. propositio dogmatis credendi, s. fiat per solemnē definitionē, s. per universale consensū eccl. prædicationis. Hic etiā elementū hum. suas partes habet, pertinet autē ad providentiā

Sp. S. ut adhibeatur sufficiens diligentia hum.—

Infallibilitas vero definitionis tota nititur promissa Sp. S. assistentia, nõ vero pendet a perfectione elementi hum. per se spectatae.

Ultima vero explicationis conclusio ad haec potissimũ revocatur

v. a) Solemni definitione v. unanimi magisterii eccl. consensione explicite proponitur dogma, q. antea proponebatur implicite in alio

v. b) sub determinato aliquo conceptu in oppositione ad certos quosdã errores dogma declaratur, taliq conceptui certae formae eccl: praescribuntur

v. c) q. antea obscurũ erat aut ambiguũ e magis usu constabat quã diserta eccl. praedicatione, definitur clarig, expressiq

d) hinc denig efficitur distinctior dogmatis intelligentia tũ pro singulis tũ pro universa Eccl; instantior praedicatio, defensio validior.

Est videlicet "potius profectus fidelis in fide quã fidei in fideli" Albert M. 3 dist. 25 a. 1 ad 1.

Cf. praestantissima quae habet Liv. n. 27-32.

III. Güntherg distinguit in Scr: fecta eorumq intelligentiã, quã vocat Trad. doctrinale v. Eccl. conscientiã. Hanc intelligentiã cumpere continua incrementa scientiae q[ue] philos: fuisse quippe imperfectiorẽ in Apost. e PP quũ illis deesset vera ac perfecta philos: quae nõ apparuit ante saec. XIX. Quo in profectu scientiae hoc ẽ magisterii eccl. munus, h. officiũ, ut inter varios intelligendi dogmata, modos, qui certo aliquo tempore obtinent, illũ eligat ac definiat, qui tempore illo aptissimq ẽ.

Qua in definitione sub Sp. S. assistentia edenda, Eccl. quidẽ infallibilis ẽ, at nõ ideo modq per eã definitq, semper perfectissimq ẽ, sed proficientibq naturalibq e philos. scientiis potest, imo debebit perfectiore definitione surrogari.—

Ita Ephesinã de una Chr. persona definitionẽ fuisse incompletã, fuisse aliquã veritate, nõ totã veritate simpliciter, quia saec. V defuerit saec. XIX scientia ac ratio philosophandi.

Haec omnia falsa esse nemo ẽ qui nõ videat, quã scientia naturalis aliquod sibi subsidium prae-

parandæ definitioni, minime vero causa princeps, ut illi placuit, infallibilis explicationis. Neq Traditio ipsa in se ē objective, uti ajunt, spectata, incrementa admittit. Falsa tandē sunt quæ de ultima explicationis conclusione protulit ē de valore definitionis. Nā

1° Definitiones Eccl. sub eā verbor forma ē sub iis conceptibq, sub quibq proponuntur, credendæ sunt fide irreformabili, imobili. Nihil enī iis inest q. nō sit objective revelatū ē immutabiliter verū. Huc enī spectat Spīs S. assistentia.

Fieri sane pō, ut dogma sub uno conceptu adversq certū aliquē errorē definitū ē explicatū postea sub alio conceptu adversq aliū errorē illi priori contrariū ē explicetur ā definiatur ×

Fieri vero nō pō, ut conceptq prior nō maneat in sempiternū verq ē credendq.

„Manet verbū fidei in æternū" Athan. ep. ad Afros. 2.–

2° Pō definitionē autē nefas erit, si hum. scientia dogmatis sensū ad suas ideas præconceptas transformet ē corrumpat; ē contrario, sensq in dogmatica definitione propositq erit ē norma ē regula hum. scientiis. Semper in theol: fides præcedit, seq. rer fidei scientia nō vero cū Günthero dicendū ē: intelligo, ut credā, nisi agatur de sola cognitione motivor credibilitatis.–

Conc. Vat. Const. Dei Filiq c. 4.–

Concil. Vatic. Sess. III. Constit. de fide – can. 3 (de fide ē ratione): Si quis dixerit, fieri posse, ut dogmatibq ab Ecclesia propositis, aliquando sec. progressū scientiæ sensq tribuendq sit aliq ab eo, quē intellexit ē intelligit Eccl: a. s.

× Cujq rei exempla habeō distinctionē personar in Trin. adv. Sabell. – unitate div. essentiæ adv. Ari. Itē unitate personæ Chri adv. Nestor. – distinctio naturar Chri adv. Monoph.–

Coroll.

Sicuti usq ad Apost. decessū historia divinæ revelationis, ita pō consumata revelatione locū habet historia quædā explicationis ē propositionis dogmatū. H. sensu, videlicet quatenq dogma = veritas sufficienter proposita – nō autē veritas in se, sermo fieri pō de historia dogmatū. Quā historiā dogmatū cave ne confundas cū historia revelationis, tanquā obj. revelatio pō Apost: habuerit profectū suū, a. qui admitteret pejor error esset, tanquā veritas revelata ē sufficienter propositā pateretur novā quādā mutabilitatē. Si vero eo sensu accipiatur quo historia propositionis v. explicationis, vox illa, quamvis ambigua, tolerari pō – ē autē nova – neq sensq hic negari pō, habet enī propositio, explicatio dogmatis profecto suā historiā.

Th. XXVI.

Aliter explicatum fidei depositum ante et aliter post completam revelationem.

I. Populus Dei unus est, una Dei Eccl: unde a primordiis generis humani usque ad mundi consummationem Deo adhaerens et ad salutem aeternam perveniens per Christi merita.

"Non enim aliud nomen est sub coelo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri" Act. IV. 12.

Unde Deus ab initio se ipsum et redemptionem per Christum revelavit, quae est ipsa substantia fidei.

Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum et quem misisti J. Chr. — Jo. XVII. 3.

Alio tamen modo tum revelatio tum sacramenta se habuerunt ante Christi adventum, alio post Incarnationem unde quoque ex distinguitur V. et N. T. oeconomia.

In V. oeconomia iterum magnum est discrimen inter populum Dei Moysis ministerio collectum et formatum, et statum praecedentem, qui pro reliquis gentibus etiam post Moysem perduravit. Unde alia est oeconomia patriarchalis, legis naturae; alia ante Mosaica, legis scriptae.

Revelatio patriarchalis, post Moysis constitutionem Israelitarum, conservata fuit aut renovata. deinde multis in veritatibus, maxime in iis quae ad futurum spectabant Messiam, explicata et illustrata, distinctius proposita, tum per Moysem, tum per prophetas et scriptores inspiratos, qui sibi succedebant usque ad Messiae adventum.

Depositum revelationis et explicatius et amplius erat in oeconomia Moys: quam in patriarchalibus tum per explicationem tum per incrementum objectorum verbi Dei. —

Utraque vero oeconomia seorsim spectata incrementum successivum exhibet. Nam et in patriarchalibus revelationes non defuere, perduravere autem post Moys: usque ad 2i templi tempora, neque postea desierunt, quamvis Judaeis minus perspicuae et rarae.

Judaei praeter nobilissimum illum modum, quo Deus cum Moys: ore ad os loquebatur (Num XII. 18) 4 distinguunt gradus:
1° prophetia נְבוּאָה, conjuncta cum aliqua visione
2° Sp. Sancto רוּחַ הַקֹּדֶשׁ, divina interna inspiratio ~~visio~~ absque visione. (cf. Th. 2. 2. q. 174. a. 2. ad 3.
3° Urim et Thummim אוּרִים וְתֻמִּים Lev. VIII. 8 Eccles. XLV. 12 (10) quo Deus se revelabat sacerdotibus
4° Filia vocis בַּת-קוֹל, quaedam mediante revelatio consona post Malach. tempora piis et sapientibus hominibus sub templi sec. tempore.

S. Th. 2. 2. q. 174. a. 6

Fidē nostrā constitutā esse in duobus: in veri Dei cognitione et in mysterio Incarnationis. Prophetia si spectetur relate ad fidē deitatis crevisse tribus momentis: ante legē, sub lege, sub gratia. — Quantū vero ad fidē Incarnationis manifestū esse, quod quanto fuerunt Christo propinquiores, plenius de h. instructi fuerunt.

—

V. S. Tho. 2. 2. q. 1. a. 7 docet

a) substantiā, quæ continetur articulis fidei, nō fuisse auctā

b) numerum articulorum crevisse explicative.

—

a) Substantia fidei christianæ ē mysteriū Dei unius et trini ac redemptionis per Verbū incarnatū

Tert. c. Prax. 31

Pō vero aliquid credi tū explicite ē in se, tū implicite in alio explicite cognito

Unū in altero pō implicitū esse 2er:

1° ut in principio dirigente (formali) — ita credunt omnia implicite in auctoritate Dei revelantis s. etiā in fide Eccl.

2° ut in principio includente (materiali)

α) s. solū objective, ē in se — tū nō pō comprehensio illa a nobis cognosci, nisi per novā revelationē

β) logice ē correlate ad nos, ut sine revelatione comprehensio ponit sola ratiocinatione cognosci.

Quæ continentur sub 1° et 2° α) revera nobis revelata nō sunt, quamvis ~~aliquid~~ sit revelatū i. e. quo ut in principio continentur — bene quæ sub β) revelata sunt in se, quamvis comprehensio eorum nondū innotescat. —

Quibus statutis asserimus

a) semper cognitū erat aliquid supernaturaliter, in quo implicite credebantur omnia, videlicet obj. formale fidei s. auctoritas Dei. Virtus fidei erat igitur semper ejusdē naturæ, quæ nō ab obj. materiali q. creditur, sed a formali, propter q. creditur, pendeat.

b) Inde a primordiis generis hum. aliquæ veritates explicite revelatæ erant, in quibus

saltē objective continebatur implicite tota fidei nostrae substantia omnesq aliae veritates, quae temporis progressu explicite revelata fuere.

Omnes fidei articulos S. Thom. putat in duobus primis contineri, sc. Deum esse et providere hominum saluti quoniam in divino esse includuntur omnia, quae in Deo ab aeterno existunt et nostram efficiunt beatitudinē, in fide autem providentiae includuntur omnia quae temporaliter a Deo dispensantur ad hominum salutē, viam ad beatitudinē. –
2. 2. q. 1. a. 7.

Hoc sensu nō ē facta augmentatio substantiae fidei.

c) At pertinentia ad fidei substantiam e mysteria Trin. Incarn. nō continebantur ita clare, ut omnes in V. T. credere tenerentur, aut nō opus fuisset illustratione per novam revelationē N. T.
Unde revelatio veritatum obj. in V. T. per temporis successionē accepit incrementa.
In N. vero T. hujusmodi objectivum incrementum amplius locum nō habet. –

Explicatio revelationis in N. T. sane facta ē, sed alio modo quam in V. N. Veritates illae quae objective continebantur implicitae in revelatione nondum completa V. T. nō poterant nisi nova revelatione fieri explicitae.
In N. T. vero comprehensio veritatum ē logica, relate ad nos, quae postea clarius et magis explicite ab authent. Eccl. magisterio credenda fidelibus proponitur. –

Pars I

De SS. Eucharistiæ Sacramento.

Cap. 1.

De reali præsentia corporis et sanguinis D. N. J. Chr.

(Th. 1 – 11)

Tranzelimiana. De Euchar.

Th. I.

Totius tractationis quadruplex partitio
ex PP. Trid. doctrina.

—

Ea quā PP Trid. de Eucharistiæ mysterio fide ac doctrinā sess. XIII. XXI. XXII tradidere, 4a capitibq absolvuntur. 1o enī considerari sacr. pō ut permanens s. in facto esse, q. 2 momentis perficitur

a) habetur in sacr: vera, realis, substantialis præsentia D. N. I. Chr. nō vero ut hæretici volunt præsentiā in signo per apprehensionē mentis ac fidei perq spiritualē virtute.

b) explicandq ē finis propriaq virtq sacr:

2o pō actio spectari qua sacr: perficitur s. sacr: in fieri, alias modq quo corpq Chri sanguisq præsens fit per admirabilē transsubstantiatiō nē

3o consideratur sacr: prout ē speciale sacrificiū in quo Chq ipse offert corpq sanguinēq suū per sacerdotes vero propitiatorio mo, ut per sacrificiū incruentū applicentur cruenti sacrificii merita.

—

In Euchar. sacr. corpq ē sanguis I. Chr. Dei hominis sub speciebq panis ē vini tanquā cibq animæ vere realiter ē substantialiter continetur, per mirabilē ē singularē totiq substantiæ panis ē vini in corpq ē sanguinē Domini conversionē, quæ ita instituta ē, ut dū sacr. conficitur, I. Chr. ipse simul in verū ac propriū licet incruentū sacr. [fiat] offeratur.

—

Th. 2.

Quaenam intercedat relatio philosophiae inter verbumque Dei interpretandum?

I. Veritates evidenter cognitae possunt aliquem sensum demonstrare, qui verbi Dei certo non subsit; non enim verum potest vero repugnare neque veritates revelatae possunt pugnare cum veritatibus aliis s. revelatis s. lumine rationis cognitis

Cum verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatae fidei contrariam, omnino falsam esse definimus Leo X. Bulla: Apostolici Regim.
Cf. Pius IX, encycl. 9 Nov. 1846.

II. Hujusmodi tamen examen praevium ac comparatio veritatum inter se ~~plurimarum~~ praesertim rationalium plerumque non requiritur ad genuinum verbi div. sensum determinandum. Sunt enim canones positivi interni et externi, quibus utentes secure possumus genuinum verbi div. sensum investigare. quod vero juxta genuinum sensum de verbo div. affirmatur, infallibiliter verum est neque impossibile est neque ulli veritati s. rationali s. supernaturali repugnare potest. Sin ratio hum. nondum intellecto verbi div. sensu genuino velit a priori examen instituere de rei possibilitate v. impossibilitate gravissimo periculo obnoxia erit, ne quod supra rationem est habeat tanquam rationi repugnans suamque ignorantiam possibilitatis accipiat pro evidentia impossibilitatis.

Qui fuit Abelardo error fons uberrimus, idem paratus est de omnibus reddere rationem, etiam quae sunt supra rationem et contra rationem praesumit et contra fidem S. Bern. ep. ad Inn. II (Opp. I. p. 644)

III. Multo minus hujusmodi praevium de rei possibilitate examen praerequiritur ad intelligendum genuinum verborum bibl. sensum in Euchar. institutione. Nam inde ab aevo Apost. ab omnibus Christianis verba illa semper sensu proprio et intellecta et credita sunt, omnesque interpretandi regulae intrinsecae tum proprium sensum solum genuinum esse demonstrant tum absurdum esse sensum metaphoricum, unde de genuino verborum illorum sensu profecto potest constare quin praemittatur philos. de ipsius rei possibilitate v. non repugnantia indagatio. Tum vero sensus hic rite intellectus nulli alii veritati repugnare potest quamvis obscurum remaneat quomodo veritas haec cum aliis veritatibus sit conciliandа. Neque aliam secuti sunt PP agendi rationem

a) appellent ad claritatem absolutamque verborum bibl. veritatem

b) ~~declarationis~~ explorationis instar describunt Dei omnipotentiam ejusque dominium in omnes res creatas

c) contrarias rei illi leges phys. adversasque nostras cognitiones opponunt non praemissa aliqua de rer. naturis disputatione philos. sed supposita omnipotentia ac veracitate div. postulant fidem in rem quae quamvis superet rationem, quum absque dubio ullo verissima sit, contra rationem esse non potest.[x]

[x] Rei exemplum luculentum habes ap. Gaudent. Brix. in Exod. tr. II. „Ipse naturarum creator et Dominus, qui producit de terra panem, de pane rursus (quia et potest et promisit) efficit proprium corpus; et qui de aqua vinum fecit, facit et de vino sanguinem suum... Si qua mysteriorum superaverint in mane illius futurae resurrectionis, inani festanda, quae capere nunc non possumus, ut ex scio ex parte, inquit Ap. – Haec igni cremanda sunt, i. e. Div. tradenda Spiritui, ut ea, quorum rationem nunc non capimus, ardentis fidei spiritu consumantur.“ –

—

IV. Potest tamen ob rationes polemicas praemitti aliqua demonstratio, nihil inesse in Iiti verbis sensu proprio intellectis neque in eorum consectariis, quod veritati alicui evidenter cognitae repugnet. Non potest tamen postulari, ut ipsum modum quo superrationalis veritas cum aliis conciliatur, evidenter intelligamus, sufficit, ut ostendatur, nullas esse veritates necessarias evidenterque cognitas quibus sensus ille repugnet.

Consectaria vero haec fere cum sensu illo nectuntur:
1° adest in Euch: corpus Iiti quin propria ejus phaenomena appareant;
2° adest admodum existentiae spiritualis absque actuali coextensione;
3° adest simul multis in locis;
4° permutata substantia panis et vini remanent eorum sensibilia phaenomena. Addi potest
5° tota substantia panis conversa est in corpus Iiti.
Contra quae dogmatis consectaria statui possunt totidem rationis effata:
1° ubi corpus praesens est, manifestat se propriis suis phaenomenis;
2° corporis partes diversis respondent spatii partibus;
3° corpus non potest simul in diversis locis adesse
4°. desinente substantia desinunt quoque ejus sensibilia phaenomena.
5° una substantia non potest in aliam converti, multo vero minus, si illa praeexistat.

Antequam aliquid de his rationis judiciis eorumque repugnantia cum illis fidei consectariis, statuamus, distinguenda sunt judicia de corporibus quae sunt

a posteriori ordinisq physici a judiciis quae sunt a priori, ordinisq metaphys. Priora sub conditione vera sc. si serventur leges phys: haec vero absolute vera sunt. At illa ora. rationis judicia oriuntur ex sola experientia nituntur q constantiae legū phys. quae supposita evidenter vera sunt, nullo tamē m° efficitur, q. ea sit corpor. essentia, ut stare nequeat sublatis quatuor illis phys. principiis. Quapropter a priori fatend. erit, nō constare s. de possibilitate s. impossibilitate praefati facti, quū rer. essentias nō satis habeamq perspectas; a posteriori vero facta mysterii revelatione, ōis impossibilitatis tollitur ignorantia. Res eni quae vera ē, repugnare nō pō veritati. Unde cū PP Trid. (sess. XIII. c. 1) dicend. ē, ratione, qua Chr. in Euch. existat, possibilē esse Deo; nos cogitatione per fidē illustrata eā assequi posse, deberesq constantissime eā credere.

Inde constat

1° cognitiones etiā rationales ac philos. saltē indirecte amplificandā esse per mysteria revelata; humanaq coërcendā temeritatē esse, quominq inadaequatā cognitionē suā accipiat pro evidenti adaequatae cognitionis consectario

2° consectaria dogmatis nō prius distincte examinanda sunt, quā ipsa doctrina ex verbis div. sit demonstrata, ut eā tanquā stellā rectrice tuto pede possimq in veritate indaganda versari.

Th. 3.

Demonstratur realis corporis ē sanguinis Cti praesentia in Euch. ex Jo. VI.

Factā panū multiplicatione in deserto, qua satiati sunt hominū quasi quinq millia, Dominus aufugit solg in montés, ne admiratione perpetrati miraculi persuasi eū regē facerent, discipuli vero absq eo Capharnaū nocte transfretarunt. Jesq tandē undis inambulans ad eos venit unaq cū eis in ripā descendit. Ad turbas postridie mirantes unde venisset quū nulla praesto adesset navigiō Jesq longā habuit orationē qua Euch: institutionē absq ambagibq promisit. Oratio haec 2ᵇᵘˢ parte constat, quā praecedit praeparatio cū argumenti expositione.

a) Exordiū: v. 26 sq:

„Quaeritis me, nō quia vidistis signa, h. e. nō propter finē supernaturalē neq fide compulsi, sed quia manducastis ex panibq, h. e. permoti beneficiis temporalibq.

Unde pergit:

27: Operamini nō cibū qui perit, sed qui permanet in vitā aeternā, quē Filiq hominis dabit vobis — h. e. comparate vobis hunc cibū, quē propriis viribq vestris efficere nō valetis, at aliquid ex parte vestra agend ē.

עָשָׂה ē facere ē comparare, acquirere Gen. XXXI. 1. Jacob comparavit oēs has opes, πεποίηκε πᾶσαν τὴν δόξαν ταύτην — עָשָׂה. Gen. XVIII. 7. Abrahā tulit vitulū dedit puero qui festinavit ad apparand illū לַעֲשׂוֹת אֹתוֹ τοῦ ποιῆσαι αὐτό ē vitulū quē apparaverat אֲשֶׁר עָשָׂה ὃ ἐποίησε — posuit corā eis —

Judaei nō quaerunt qualis sit futurus cibq iste, quē daturq ē Filiq hominis, sed quid facere debeant, ut comparent eū; intellexerant enī h. nō esse nisi opq Dei.

28: Quid faciemq, ut operemur opera Dei?

Respondit Jesq ē opq Dei esse q. ab ipsis postuletur, ē tamē nō ab alio sed ab iis peragend

29. H. ē opq Dei ut credatis in eū quē misit ille

Videlicet fides praescribitur Judaeis. Hi vero paratos se declarant ad fidē in ipsū, dummodo illis signū dat, nō qualecumq sed i. q. Moyses dederat patribq eorq in deserto, mannā de coelo descendentē v. 30. 31.

Qua in re animadvertend ē Rabbinos veteris traditionis mentionē facere, scil. quā Messias tamquā Moyses alter daturq sit mannā de coelo.

b) Expositio

Jesus respondet ~~se quum~~ panem ~~esse~~ jam descendisse de coelo verum qui vitam dat mundo – v. 32. 33.

Judaei non intelligentes Salvatorem ipsum esse hunc panem vivificantem, iterum interrogant.
v. 34. Domine semper da nobis panem hunc.

c) Orationis pars I v. 35–47.

Ego sum panis vitae q. idem est ac cibus vitae, locutio Hebraeis communissima. Natura vero hujus cibi ac natura manifestantur praedicatis, quibus exprimitur tum fides in Christum tum fructus ex fide hac percipiendus

qui venit ad me – non esuriet
qui credit in me – non sitiet unquam

iterum negative: quia et vidistis me – et non creditis
positive: omne quod dat mihi Pater – ad me veniet,
eum qui venit ad me – non ejiciam foras

ex his verbis et similibus multis hoc saltem apparet, Christum se proponere ut fidei objectum atque panem sensu translato quatenus fides in eum principium est vitae supernaturalis.

Judaeos hoc sensu intellexisse vocem cibum, inde apparet quod nullam ex hac voce difficultatem trahunt, sed hoc unum objiciunt: quomodo ergo dicit hic: quia de coelo descendi? Non recusant credere quod Christus sit panis sed nolunt credere quod panis hic de coelo descenderit.

Dom. Ad hanc difficultatem respondet, necesse esse ad fidem in ipsum rite praestandam ut quis trahatur a Patre v. 44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum et ego resuscitabo eum in novissimo die
hancque exhortationem ad fidem in ipsum concludit clarissimo epilogo v. 47. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam aeternam.

d) Orationis pars II. v. 48–59

Incipit ab eadem propositione ac pars prior
Ego sum panis vitae, sed sub alia ratione panem se esse declarat. Ibi de pane metaph. principio vitae supernaturalis locutus erat, hic agit de manducatione panis hujusque manducationis fructu

Patres vestri manducaverunt manna in deserto
et mortui sunt
Hic est panis de coelo descendens – ut si quis ex ipso manducaverit ~~ex hoc pane~~, non moriatur ~~– vivet in aeternum~~

Ego sū panis vivꝰ, qui de coelo
descendi, si quis manducaverit
ex h. pane — — — vivet in aeternū

panis quē ego dabo — — caro mea ē pro mundi vita.

In priore parte nō nisi semel vocē panis adhibuit, nusquā
vero de ejꝰ manducatione locutꝰ ē, hic constanter ē panē
se appellat ē manducand praedicat.
Qō sane, ut in priore parte factū ē, ē panis metaph.
intelligi ē manducatio sensu translato accipi, quamvis
h. haud probabile sit propter manifestā industriā devi-
tandi vocabulū illud in parte anteriore, ubi sensu metaph.
de cibo sermo erat. Qui porro manducationis sensꝰ met.
jā per se improbabilis, plane hic excluditur, declarante
Dom. panē quē daturꝰ sit manducand. suā carnē esse.
Videlicet si quis manducabit ex h. pane qui ē corpꝰ
meū, in aeternū vivet — at manducare ex carne Chri
nō pō significare credere in Chrū aut morte Chri.
Q. multo luculentiꝰ ex seqq demonstratur. Judaei
enī qui in parte prima murmuraverant, nō q. panē
se dixisset, sed panē qui de coelo descendit, hic verba
Chri nō metaph. ut antea sensu, sed proprio intelligunt,
quāobrē litigant inter se: quomō pō hic nobis carnē
suā dare ad manducand?
Utq antea Chrꝰ pergerat asserere necessitatē fidei
in ipsū, quia rite intellexerant, sed credere nolebant,
ita hic quoq. insistit veritati asserendae eo quo in-
tellexerant sensu idq facit locutionibꝰ oēm excludentibꝰ
quālibet translati sensꝰ suspicionē
v. 54: nisi manducaveritis carnē Filii hoīs ē biberitis
ejꝰ sanguinē, nō habebitis vitā in vobis
itēq seqq usq ad v. 59.

Habemꝰ igitur 2ē orationis partē 2ē q argumentor
seriē quibꝰ unꝰ idēq Chrꝰ tū panis metaphoricꝰ, objectū
fidei principiumq vitae supernaturalis proponitur, tū
praedicatis oēo diversis cibꝰ verꝰ sensu proprio asseritur.
Unde secunda orationis pars nō pō accipi explicationis
instar, quā idē elucidatur q. subobscurius proposit.
erat in parte 1a, sed ea ē loquendi ratio eaq praedicatoꝝ
natura, ut de cibo proprio nō vero de fide oīa
intelligenda sint eo quo intellexerant Judaei mō

Esse vero praedicata carnis, sanguinis, cibi ac potus manducationis ac bibitionis, intelligenda solo proprio sensu, ita efficitur probatur

a) ex necessitate sensus proprii; nam sensus translatus manducandi carnem, bibendi sanguinem unice accipi posset in parte mala, quando sermo est de injuriis, calumniis persecutionibus.×

b) ex auditorum intelligentia Christique responso. Auditores manifeste verba Christi intellexisse sensu proprio; Christus sensum ab ipsis intellectum suscipit et saepius repetit: amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis etc. Confirmat igitur sensum proprium, quem intellexerant primo auditu.

c) ex iis quae orationem secuta sunt. Cum viderent sensum esse clarum eumque reputarent impossibile, Christus vero non mutaret, immo affirmaret eum claris locutionibus saepius repetitis multi ex discipulis dixerunt sermonem esse durum abierunt retro neque amplius ambulabant cum Salvatore (v. 62. 67)

Denique Apostolos suos interroget, num ob doctrinae difficultatem ipsi quoque abire vellent; quae in re, si male intellexissent Judaei verba Domini, profecto ex incomparabili bonitate sua errorem solvisset omnesque male intellecta explicuisset.

cf. Jo. III, 3-5 colloquium cum Nicodemo — IV. 32-34 ubi post abrestum Samaritanae explicat discipulis cujusmodi sit cibus ejus: meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me — Dixerat autem antea v. 32: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.

XI. 11. VIII. 32. Matth. XVI. 6.

Effectus qui sequatur carnis Christi manducationem antequam consideretur, 3 sunt animadvertenda:

1° caro et sanguis Christi vere cibus et potus sunt, vitaeque supernaturalis signum efficax et causa, non tamen efficiunt, sed jam existentem praesupponunt. Nutriunt eam, augent, conservant.†

Participatio corporis Christi vitam jam supponit, quandoquidem vero vitam quis habeat, haeres est regni coelorum et propterea non est absolute necessaria ad salutem. At

a) necessaria est ad salutem vi praecepti divini omnibus qui praecepti capaces sunt, ne libere praeceptum transgredientes vitam amittant.

b) necessaria est ut medium ad vitam conservandam iis omnibus qui eam peccando amittere possunt: si tamen absque culpa sua medio privantur, potest suppleri aliis modis.

c) iis vero qui rationis usu destituti sunt, neque vi praecepti neque ut medium conservationis necessaria est ad salutem (Trid. sess. XXI cp. 4. ca. 4)

× Haec est universa philologorum opinio — cf. ps. 26, 2 (27) Job. 19, 22. Mich. 3, 3.

Vulg. Dan. III. 8. VI. 24 accusare, chald. vero: comedebant frusta (carnem) Judaeorum; comederant frusta Danielis.

Luc. XVI. 1 diffamatus est; syr.: comedebantur ei frusta (carnes) ejus — Matth. 27. 12 cum accusaretur a principibus sacerdotum — syr. cum frusta (carnem) ejus comederent principes sacerdotum

Denique διάβολος syr. comestor frustorum.

Hic sensus semper adhibetur complexa locutio: manducare carnem alicujus —

aliter metaphor. de sapientia v. doctrina: Prov. IX. 2-5: sapientia — miscuit vinum et proposuit mensam suam ... venite, comedite panem meum et bibite vinum quod miscui vobis. Eccles. XV. 3. cibabit illum panem vitae et intellectus et aqua sapientiae salutaris potabit illum (scil. sapientia) XXIV. 29 Qui edunt me (sc. sapientiam) adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient. —

Moveri difficultas potest ex Job XXXI. 31: si non dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus ejus, ut saturemur? — At locus hujus etiam apud PP multiplex est interpretatio — cf. Greg. Mor. XXII. 13, 26

† Hinc locutiones: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum, habet vitam aeternam, in me manet et ego in illo, vivet propter me — omnes significant incrementum, conservationem, retentionem vitae supernaturalis, non autem 1am ejus inchoationem, sicuti in 1a parte sermonis, ubi de fide agitur: venire ad Christum, dari Christo, trahi ad Christum. Hoc modo etiam explicanda est negativa loquendi forma: nisi manducaveritis carnem Filii hominis ... non habebitis vitam in vobis ... h. e. non retinebitis in vobis —

Nonnunquam comparantur Jo. III. 5: nisi quis renatus fuerit ex aqua et Sp. S. non potest introire in regnum Dei –
et Jo. VI. 54: nisi manducaveritis carnem Filii hominis ... non habebitis vitam in vobis –
at discrimen quam maximum est inter hos duo locos, quamvis forma grammatica in utroque eandem habeat universalitatem: nam in 1° agitur de generatione, in 2° de vita conservanda

Pelagiani quidem ex Jo. III. 5 concedebant infantibus non dari regnum coelos nisi baptizatis, at obtineri vitam aeternam. Contra quem errorem pugnantes PP nonnulli, quos inter Inn. ex Jo. VI. 54 docent: parvulos nisi manducaverint carnem Filii hominis vitam prorsus habere non posse – (Aug. c. Julian. I. c. 4 n. 13) Quae verba 2° modo intelligi possunt: infantibus per peccatum orig. mortuis infundendam esse vitam per sacramentum – dabatur ante infantibus statim post baptismum susceptum sacr. Euch.: – unde 2° PP poterant verbis Chti uti ad conjunctionem necessariam cum Chto demonstrandam, nam quamvis jam sufficienter fiebat per baptismum, tamen speciali quodam modo in Euch. obtinebatur.

2° Promissiones Chti quamvis absolute enuncientur, quia finis effectusque sacramenti ex se et ex parte voluntatis Div. salvificae absolutus est, tamen ut habeatur effectus, supponitur in adultis libera cooperatio – unde v. 27: operamini cibum, qui permanet in vitam aeternam, quem Filius hominis dabit vobis –

3° Aliqui theologi cath: negarunt in loco de quo agimus, de Euch. sermonem esse – Nic. Cus. ep. 7 ad Bohemos. Cajet. in 3. q. 80. a. 12 alii. (Bellarm. de Euch. I. c. 5.) hac videlicet permoti meticulosa apprehensione, ne inde communionis sub utraque specie recipiendae necessitas ab adversariis deduceretur. At haec necessitas non habetur nam

a) distinguitur quidem 2ex diversus modus sumendi carnem et sanguinem pro 2 diversa specie visibili: „nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem"

b) pro praesenti tamen statu humanitatis Chti quae amplius non moritur, ita caro unita est sanguini totaque humanitas personae Chti, ut ubi praesens sit s. caro s. sanguis, totus Chtus praesto habeatur. Quod Salvator his verbis explicuerit: qui manducat me – Ergo non sumitur plus Chti sub 2is speciebus quam sub alterutra –

c) Ratione sacramenti s: signi nutritionis distinguit Chr᷑ cibū ē potū ; sed indigentiā, cui cibo potuq medentur nō duæ, sed una eadeq res ē, unde dixit Dom: v. 35: qui venit ad me nō esuriet ē qui credit in me, nō sitiet unquā. Unde modus quidē significandi refectionē s. indigentiæ spiritualis sublevationē in 2ᵃ specie expressior ē quā in una tantū, at ipsa refectio ratioq sacramenti eadē ē in ~~utraq~~ alterutra specie. Ergo ex loco laudato nullatū efficitur necessitas communionis sub utraq specie recipiendæ saltē ex rei natura

d) at neq efficitur ex præcepto, q. nullū his verbis continetur. Nā verbis: nisi manducaveritis carnē Filii hois ē biberitis ejus sanguinē, nō habebitis vitā in vobis — præcipitur tantū, ut sumantur corpus ē sanguis Chri q. æque fit sub utraq specie: nō præcipitur ipse modus. Hinc Dom. s. solius manducationis mentionē faciat s. 2ᵉ modū distinguat sumendæ Euch: eundē vitæ æternæ effectū promittit:

Naq qui dixit: nisi manducaveritis carnē Filii hois ē biberitis ejus sanguinē, nō habebitis vitā in vobis, dixit quoq: si quis manducaverit ex h. pane vivet in æternū. Et qui dixit: qui manducat meā carnē ē bibit meū sanguinē, habet vitā æternā, dixit etiā: panis quē ego dabo, caro mea ē pro mundi vita .. Trid. XXI cp. 1.

—

PP. nonnunquā videntur hunc intelligere de Chro per fidē, spē, charitatē suscipiendo; tū vero nō de 2ᵃ sed 1ᵃ sermonis parte agunt — Aug. in Jo. tr. 25 e 26 init.

Aliquando, omissa Euch. explicatione, agunt de dispositionibus ad fructuosā susceptionē v. de fructu sacramenti quo ē unio cū Chro, unde dicunt: manducare carnē Chri ē bibere ejus sanguinē idē esse ac Chro per caritatē uniri — Aug. tr. 26. n. 15 —

Aliquando PP intelligunt manducationē spiritualē h. e. sacramentalē (in effectu spirituali) cui opponitur manducatio ciborū communis. Hinc alterā Aug. propriā habens, illā dixit figuratā esse: facinus v. flagitiū videtur jubere, figura ē ergo, præcipiens passioni dominicæ communicandū ē suaviter atq utiliter recondend in memoria q. pro nobis caro ejus crucifixa ē vulnerata ē — Doctr. chr. III. 16, 24 —

Conc. Trid. noluit definire, verba hæc (Jo. VI.) intelligenda esse de sacramentali corporis ē sanguinis Chri susceptione neq solū de spirituali cū ipso unione — h. tamē nō impedit quin sensus proprius verbor Chri theologice possit demonstrari — ipsū q Concil. hunc sensū verū esse indicavit s. XIII cp. 2. XXI. cp. 1. — cf. Pallav. hist. XVII. c. 11. c. 7.

Th. 4.

Realis in Euch. præsentia corporis et sanguinis Chti demonstratur ex verbis institutionis.

Verba institutionis leguntur ap. Matth. XXVI. 28. Mar. XIV. 22. 24. Lu. XXII. 19. 20. 1 Cor. XI. 24. 25 – quæ nõ possunt alio, nisi sensu proprio, intelligi neq ad h. Cristiani qui ipsis protestantib9 fatentib9, mira concordia per tot sæcula semper ita crediderunt, aliqua egent demonstratione præter div. Salvatoris auctoritatē, qui ipse dixit: h. ē corp9 meū. At contra Sacramentariorū perfidiā multimoda proferri argumenta possunt, quib9 clare et dilucide sens9 Chti verbor evincitur.

I. Probatur ex verbis ipsis.

1°. Consideramꝰ Chti verba sec. generales linguæ humanæ leges.

Multæ sunt res, veluti panis aut vinū, quæ, nisi aliud quid addatur, semper in sese ē absolute spectandæ ē intelligendæ sunt. Hinc quotiescunq de iis aliquid prædicatur, de iis, prout in se spectantur, intelligend ē nō vero prout signor vice funguntur. Profecto absurdū esset, si aliquis monstrans panis buccellā, absq alia explicatione diceret: hic ē Joseph v. Moyses videlicet h. significat J. v. Moysen.

Aliæ sunt res quæ v. ex natura sua (imagines, visiones, somnia) v. ex institutione (typi V. T.) v. ex indole orationis (parabolæ) ab omib9 pro signis habentur. Dū prædicata nō enunciatur, quid in se res sit, sed quid sit res per illā significata. Unde ostendens statuā rectissime dices: hic ē M. Aurelius, v. mappā geographicā: hæc Italia ē.

Neq in Scr. hujusmodi exempla desunt:

Gen. 41, 26 boves pulchræ 7 ubertatis anni sunt

Dan. VII. 17 hæ IV bestiæ IV sunt regna

Apoc. I. 20 candelabra VII, VII Ecclesiæ sunt

– item in parabolis:

Matth. XIII. 38. 39. ager ē mund9, bonū semē sunt filii regni, zizania sunt filii nequā

item in explicandis typis:

Gal. IV. 24. Sara ē Agar sunt ii testamenta

1 Cor. X. 4. petra autē erat Chr9

Jā vero panis ē vinū neq ex sese neq ex usu recepto neq ex aliqua institutione apta sunt ut signor vicib9 fungantur

inde sequitur necessario, ut nisi Chti oratio sit insipiens, sensu habeat ontologicu, no vero figuratu, que neq Chtq Do: inesse dixit neq Apost: poterant supponere.
Inde apparet quā absurda sit sacramentarioq disputandi ratio exempla coacervantiu que nullu presefernnt parallelismq; na ois parallelismq aut verbalis aut realis esse debet, qc neutru in locos superig citatos cadit. No ē realis, quia neq de eadē re neq sub eadē ratione agitur. Sed neq verbalis ē, na excepta copula ē nihil ē q. conveniat. Illic in locis habentur res que manifestū habeat signi rationē ac substantive ennunciantur, hic vero neq res habetur s. ea natura sua s. eadjunctis apta ad significand., substantiva rei ennuntiatio, ponitur eni pronomē: h. ē corpq meū.

Jo. X. 7.
XV. 1. 5.
Dan. II. 38.
2 Petr. II. 17.
Jud. 12. 13.

Protestantes aliās etiā, præter citatas, locutiones cu hac nostra comparant, v. gr.: ego su vitis, vos estis palmites, Pater meq agricola ē; ego su ostiu. At nihil in iis simile verbis institutionis Euch. habetur. No dicitur: ego su panis ego su vinu. In prioribq locutionibq signū pro subjecto erat, hic de Chto eta quæda proprietates prædicantur quas similitudine reperitur in objectis sensibilibq.
Quæ loq ratio communissima ē, ut rei v. personæ proprietates exprimamq nomine alterq s. rei s. personæ, in quibq inveniuntur. Hoc forte leonē appellamq, astutu vero vulpē dicimq. Hac lege ōs metaphoræ nituntur, præcipuu hum. orationis ē decq ē illustratio.
Itaq si veru esset q. dicunt protestantes, Chtq declaravisset in corpore suo quasdā inesse proprietates, quæ modo excellentiori in pane inveniuntur?
De locutionibq sacramentalibq quas etiā protestantes comparant, postea agemq.

2° Consideramus Christi verba sec. propria eorum vi usq sese ipsis.

a) Pron. hoc n. pro re praesenti supponit nondum determinata, determinanda ante per praedicatum, q. congruit cum praedicato. Si igitur dicitur: h. e corpus meum, prono. no potest panem significare sed illud q. manducandum Christus porrigit. h. e corpus meum. Corpus ante Christi no potest corporis signum tantum esse.

b) Confirmatur ipso praedicato, q. emphaticum e cum articulo repetito: τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον Κτλ. h. e. i. q. trado e ipsum corpus meum - unde PP. frequentissime dic. Euchar: dicunt esse ipsum corpus, proprium corpus, vere e proprie corpus. Emphatica vero loquendi ratio, quamvis idem plane dicat q. simplex expressio, tamen excludit sensum improprium, sensum signi ac figurae. Itaq Dom. i. q. ante annum 3° paschate promiserat, nunc 4° praedicationis suae anno solemniter adimplet, modo quem antea neq Judaei neq Apost. intellexerant.

c) Pronomen δεικτικόν e, significans praesentiam rei, de qua, quid sit, in praedicato enunciatur. Qui sensus illustratur loco realiter analogo, verbaliter parallelo, in Ex. XXIV. 8 ubi Moyses sumptum sanguinem respersit in populum e ait: hic e sanguis foederis q. pepigit Dom. vobiscum - Cf. Hebr. IX. 20: Hic sanguis testamenti -
In textu hebr. e ap. LXX legitur: ecce sanguis foederis: הִנֵּה דַם־הַבְּרִית, ἰδοὺ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης
q. idem poterat dici in sermone Christi: ecce corpus meum. -

d) Praesentia realis demonstratur etiam ex iis quibus ~~corpus~~ praedicatum amplius definitur.
Luc: h. e corpus meum q. pro vobis datur
Paul: q. pro vobis traditur (q. pro vobis frangitur gr.)
Addita haec declaratio evidenter ad corpus pertinet, dicitur igitur corpus datum e fractum pro vobis. at frangere relate ad manducationem sec. usum bibl. significat: parare, dare, ministrare in cibum. Dicit igitur Christus corpus

sum positu in statu vti. Id effvitur ex comparatione instituta inter verba Lucæ: q. pro vobis datur cũ Pauli: q. pro vobis frangitur - dicitur: nõ vobis sed pro vobis h. ē. pro oibus redeptis ut liquet ex Matth. ē Mar: in remissionē peccatorum. Apud 1um dicitur de calice: qui pro multis effundetur", apud 2um: additur in remissionē peccatorum.
Eodē mõ ap. Jo. VI. 52: panis quē ego dabo caro mea ē pro mundi vita = gr.: ipsa caro mea ē quā ego dabo pro mundi vita -
Sunt igitur ē parallela ē aequipollentia: hæc 3:
dabo pro vobis
pro multis in remissionē peccatorum
pro mundi vita -
Hæc vero loquendi ratio ex constanti N. T. usu expressio ē sacrificii
Hebr. X. 10. sanctificati sumus per oblationē corporis Chri semel
Colos. I. 22. Rom. VII. 4
Tit. II. 14. dedit semetipsũ pro nobis, ut nos redimeret -
1 Tim. II. 6. dedit redemptionē (ἀντίλυτρον) semetipsũ pro oibus - Gal. I. 4. Eph. V. 2. et cet.
Inde locutio quoq: pro vobis frangitur, utpote synonyma cu hæc altera: q. pro vobis datur, sacrificiu exprimit; quũ vero simul preparationē vti indicet, hæc 2 dicunt separat: corpus Chri, dũ ponitur in statu vti, offerri pro multis in remissionē peccatorum ē pro mundi vita. Atqui in hujusmodi sacrificio nõ panis, quod significatur corpus Chri, offertur, sed solũ corpus Chri Mediatoris oblatio digna esse põ.

÷ Protestantes conqueruntur, verba consecrationis obscura esse, quia nolunt eorum sensũ proprium ac luculentissimum admittere. Quoniã verba sunt Dei, qui efficere põ i. q. dicit, intelligi debent nõ mere theoretice (significantia) sed practice (efficientia) -

Idē demonstratur ex verbis consecrationis calicis. verba „qui pro multis effundetur in remissionē peccatorum" pertinent ad „sanguinē" ē declarant sacrificiũ. Apud Luc: calix per metonymiã pro id q. in calice continetur - dicitur effundi - atqui nõ vinũ sed sanguis Chri effunditur, ergo i. q. in calice vi verborum Chri continetur, nõ vinũ ē sed ipse realis sanguis Chri. ÷

Th. 7 (seq.) 2

II. I. q. constet ex verbis per se spectatis, confirmatur tum ex adjunctis in quibus versabantur Apost: tum ex adjunctis ex persona instituentis et institutionis.

a) Apostoli assuefacti Chti omnipotentiae adeo alieni erant a verbis ejus metaphorice interpretandis, ut etiam locutiones manifesto translatas acciperent sensu proprio, cujus rei exempla habes ap. Matth. XVI. 11. Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cavete a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum. 12. Tunc intellexerunt, quia non dixerit cavendum a fermento panum, sed a doctrina Pharis. et Sadduc:

Jo. XI. 12. Dixerunt ergo discipuli ejus: Dne, si dormit, salvus erit. 13. Dixerat autem Jesus de morte ejus: illi autem putaverunt, quia de dormitione somni diceret. Idem in ultima coena accidit, ubi ad verba Chti: qui habet sacculum, tollat similiter et peram: et qui non habet, vendat tunicam suam et emat gladium – respondent discipuli: Dne, ecce duo gladii hic (Luc. XXII. 36. 38)

Verbis Dni simplicem fidem adhibebant propter immensam ejus auctoritatem. Hanc fidem solemniter testati sunt post multorum aversionem, qui noluerant credere, Chtum posse carnem suam praebere manducandam; interroganti enim Dno: numquid et vos vultis abire? respondent per Simonis ora: Dne, ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes. (Jo. VI. 67-69)

Quae omnia si recte perpendantur, nulla est rationalistarum objectio, verba institutionis non potuisse ab Apost. sensu proprio intelligi.

b) Quae igitur cum esset Apost: dispositio, ut acceptum essent verba eo quem praeseferebant sensu, neque in verbis ipsis aliquid inesset, q. sensum figuratum commendaret, profecto timendum erat Chto Dno, ne Apostoli falso intelligerent h. e. proprie quod ipse improprie locutus fuisset.

c) Q. eo magis expugnat, cum ageretur res gravissima foedus perpetuum, q. ante mortem suam sancire voliturus erat. Quis credat optimum eumque sapientissimum Salvatorem coram talibus discipulis et in tali rerum dispositione de re maxima tam obscure locutum esse, ut verbis iis, quibus voliturus erat supremum pignus amoris, continuum erroris fontem aperiret, intolerabilis idololatriae occasionem quae Protestantibus exprobrantibus mox totum et Occidentem et Orientem pervasit.

III Idem efficitur ex modo relationis apud IV scriptt. inspiratos.

a) Institutionem Euch. IV narravere scriptt. diversis temporibus, locis, lectoribus. Jam vero si verba haec accipienda essent sensu figurato, tam insolito quidem et inaudito, ut figurae propugnatores de summa verborum obscuritate conquerantur,

neq exemplū aliquatenꝰ simile aut locū ullū parallelū reperire queant atq de viâ ratione defendendi sensū figuratū inter se quā vehementissime dissentiant, fieri nō potuit qui ullꝰ Scriptt. obscuritatē locutionis aliquâ explicatione tolleret. Q. eo minꝰ credibile ē quū hujꝰmodi ~~ex~~ explicationes inveniuntur adjunctæ locis multo minꝰ difficilibꝰ ~~aut~~ levioris q momenti.

Jo. II. 21. Ille aute dicebat de templo corporis sui. III. 3-5 conversatio cū Nicodemo: nisi quis renatꝰ fuerit denuo .... nisi quis renatꝰ fuerit ex aqua e Sp. S. .. IV. 32. Ego cibū habeo manducare, quē vos nescitis .. 34. Meꝰ cibꝰ ē, ut faciā voluntatē ejꝰ, qui misit me. VII. 38. 39. VIII. 32-34. XXI. 19. 23.

Atqui hæc tamē verba referuntur ab aliô quidē aliter neq eodē plane mᵒ, tame eadē simplicitate e absq ulla circumlocutione v. explicatione. Habuerunt ergo S. Scriptt. verba ea velut clara e plana, ut clara nō sunt, nisi intelligantur sensu proprio e obvio, obscurissima vero, si accipiantur sensu improprio, ipsis fatentibꝰ adversariis. Ergo S. Scriptt. sensū obviū ut genuinū habuere.

b) Paulꝰ ~~verbū~~ sensū obviū supponens, inde gravitatē peccati infert, si quis indigne sumpsiat sacr: reꝰ erit corporis e sanguinis Dni" Gravitas peccati tū ex re ipsa desumitur (objective) tū subjective ex mᵒ agendi suscipientis sacr: nō dijudicans corpꝰ Dni "

c) Eadē sensꝰ obvii suppositio ap. Apost. inde apparet q. ubi rē eandē suis verbis exprimit, eadē simplicitate dicit Eucharistiā communicationē sanguinis Xti e participationē corporis Dni - (1 Cor. X. 16.

Verba igitur institutionis S. Scriptt. nō explicatione sed simplici egere relatione visa sunt q. etiā apud PP. observatur qui verba Dni referentes simplicē fidē exigunt neq ad aliud appellant nisi ad omnipotentiā div. Sensꝰ igitur ē ab Apost eorꝰ successoribꝰ habitꝰ ē facillimꝰ quū res sit difficillima, ap. Protestantes contra res ē facillima, sensꝰ difficillimꝰ. -

IV. Idē demonstratur ex dispositionibus necessariis ad fidē in verba Chti sensu proprio accepta, ē ex mº quo sensus improprius inductus ē.

Fides christianæ in mysteria quædā ut adesse possit, hæc 3 necessario prærequiruntur:

1º persuasio de absoluta Dei veracitate ejus q infinita omnipotentiā;

2º persuasio de hum. rationis imbecillitate, ū dari veritates quæ ejus captū transgrediantur;

3º rei incomprehensibilitatē nō esse causā cur sensui obvio verbor. div. sensus substituatur alius, quo res magis accommodetur rationi.

Inde factū ut ipsis protestantibus fatentibus tū in oriente tū in occidente per multa sæc. simplici fide fideles verba Dōi sensu obvio cō proprio admitterent. Qui vero negabant Euch. esse corpus Dōi ē nō ratione ex verbis institutionis petita faciebant, sed propter rei incomprehensibilitatē, postea demū quærebant verbor sensū quī negato mysterio optime componi posset (†) Jā ita rē tota concludimus.

Instituens Euch. Salvator verba pronuntiavit quæ præsciebat accepta iri per multa sæc. sensu obvio tū propter claritatē suā tū propter christianæ mentis humilitatē reverentiaq erga institutoris auctoritatē. Hic fuit fons errorū uberrimus. Hæc oīa Salvator permisit, imo effecit, poterat enī alio mº verba componere sua, itaq causa extitit, ut erraret humilitas, veritas autē nō reperiretur nisi ab hominibus præsumptuosis, qui fidē in mysteriū inauditis tropis eluderent. Quæ si ita sunt, ubi erit Chti bonitas, ubi ejus sapientia verborq aucto-ritas?

Coroll. 1. Vis cathol. demonstrationis nō in eo ē, q. Chtus nō potuerit h. in loco adhibere tropicā loq. rationē, sed q. debuit esse perspicuus, facilis intellectu.

Si vero objiciatur, in altera parte verbor Chti esse aliquā metaphorā (hic ē calix novi testamenti in sanguine meo Luc. XXII. 20), respondend ē

1º metonymiā contentis pro continente (calix) esse clarissimā ē usitatissimā

2º constructionē: novi T. in meo sanguine, sane esse indirectā ē ideo difficiliorē quā ap. Matth. ē Mar: (hic ē calix sanguinis mei, novi T.) hic enī directe ponitur i.q. in calice ē, in obliquo

† Berengarius quidē realē præsentiā negavit, quia visa ē ei „contra naturæ rationes", postea quæsivit aliquā verbor Chti sufficientē interpretationē. Nat. Alex. s. XI. diss. I. –

Lutherus epist. ad Argentinenses: H. diffiteri nec possū nec volo, q. si Carlostadius aut alius quispiā ante quinquenniū mihi persuadere potuisset, in Sacr: præter panē ē vinū esse nihil, ille magno me beneficio sibi devinctū reddidisset. Gravibus enī curis anxius ē in hac discutienda materia multū desudans, oībus nervis extensis me extricare ē expedire conatus sū, cū ipse perspicerē, hac re papatui imprimis me valde incommodare posse. Verū ego me captū video, nulla evadendi via relicta ē. textus enī evangelii nimiū apertus ē ē patens, qui facile convelli nō pō. –

II Doctrina in Eccl. ē constans, perpetua, universalis, verbis Redemp. o̅ipotentiaq Sp. Sⁱ panē transmutari, converti, transelementari in corpq Xti, vinū in pretiosū sanguinē Xti, de pane fieri corpq Xti, etc.

In hac vero solemni, quotidiana, publica fidei professione, quæ oībq sæc. apud omnes liturgias repetitur, ponamq ꝫ considerare

1° Terminq ad quē fit conversio. In illis professionis formulis oēs fideles per prædicatu „corpq Xti" intellegebant semper sensu proprio, nunquā translato, q. probatur argumentis pro reali præsentia allatis. Unde in illis, qui eā admittunt, nulla pō de hac re disceptatio esse.

Anglicanq quidē Puseyo mirū quid accidit: allatas locutiōnes ita explicat, ut „corpq Xti fiat sacramentaliter spiritualiter, supernaturaliter, tamē nō carnaliter corpq Xti", ut panis sit in sua naturali substantia ē suis qualitatibq ē idē panis sit ineffabiliter ē divine corpq Xti" – ē tamē vult retinere realē præsentiā, nā pro hac defendenda libru scr. suū. At nemo nō videt „corpq Xti" ab eo accipi sensu improprio, pro re elevata ad supernaturalē virtutē, pro pane cumulato benedictionibq. Tū vero justū ē ut verba quoq Salv: h. ē corpq meū sensu figurato accipiang, mirorq d. Anglicanū tā vehementer sacramentarios oppugnare. –

Præsentia realis ē transsub. ita sunt inter se connexæ ut una nō posit oppugnari, quin altera periclitetur, quapropter nō immerito Calviniani Zwingliani ꝫ objiciebant Luthercanis, una cū præsentia reali admittendā esse quoq transsubstantiatione.

Si quis vero objiciat, ita potiq interpretandas esse locutiōnes istas, ut panis communis dicatur in rē sacrā converti, continente corpq Dⁿⁱ – ea illa redeunt argumenta, quibq demonstravimq sensū improprium hic in verbis esse absurdū, neq hic sensq: panis continens corpq Xti" facilior esse aut minq contortq sensu, quē verbis subjiciunt sacramentarii.

Itaq sensu proprio una corpq dicitur in aliud corpq converti. H. vero quoties fit, semper intelligitur prior substantia desinere alteraq in ejq locū succedere. Sane convertendi v. transmutandi vox per se nō dicit substantia prodire seu totā se desinere, pō enī accidentalis quoq esse. At terminq ad quē form. sī ē substantia, nō pō̅ intellegi nisi conversio substantialis.

Prof. Angl.: congessit varias PP. locutiones, in quibus term.: ad quem exprimitur substantive, e tamen non sit substantialis sed mere accidentalis conversio. Sed h. animadvertimus nomen per se quidem et immediate designare substantiam, at translate posse qualitatem significare, tum vero oportet metaphoram esse claram facileque intellectu. Ita pro de mutatione accidentali dici: homo mutatur in angelum, per baptismum fideles mutantur in Christum, Christusque in Euch. non transmutatur in nos, sed nos in ipsum etc. Hujusmodi locutiones neminem possunt in errorem inducere. Q. vero dicit Greg. Nyss. ex. Kun. IV. p. 161. I. p. 56. hum. in Christo naturam transmutatam esse in divinitatem per se obscurum est, neque absque explicatione pro sensu cath. intelli. Neque huic loquendi modi PP. communis est saepeque apud Eutych. invenitur.

Debet igitur, quando nomine subst.: conversio accidentalis indicatur, sensus trop. manifestus esse, hunc vero excludi verbis Christi, prout jam affatim ostensum est.

Prof. Oxon. centum fere paginis demonstrat, verba transmutari, transferri, transelementari apud PP. etiam de transmutatione accidentali adhiberi, q. ante eum abundanter jam fecerunt Calviniani, tamquam h. egeret demonstratione aut aliquis sanae mentis vir h. negare conaretur. Absurde vero nobis objicit, mutationem rei materialis nobis non aliam intelligi, quam ipsius substantiae mutationem et in hacque confusione totam nostram transsubstantiationis argumentationem reponi. Nostra argumentatio non uni verbo, sed toti locutionis complexo innititur.

Exempla huc pertinentia commode in 3 classes distribuuntur –

a) terminus ad quem expresse ponitur qualitas aut perfectio accidentalis superaddita –

„mutamur in melius, in aliquid divinius, in incorruptionem

Nonnunquam term. tota: ad quem exprimitur per nomen substantiae, sed form. continetur unice epitheto adjuncto.

(Frz. 204) Ita Greg. Nyss. Christum dicit gentes transelementasse in intemeratam naturam, Chrys.: eundem dicit naturam commutare in coelestem substantiam. Tert. e homines dicuntur per resurrectionem demutati in angelicam substantiam

b) qualitas exprimitur per nomen substantiae, sensu improprio, translato adhibitum. De his jam supra satis dictum est.

c) D. Cingliranq m° veterm Luther. confert duas propositiones „ Verbū caro factū ē ē panis fit Chti
At nihil habent comune præter realitatē substantialē in præd.
In priori sententia oīs mutatio excluditur, nō propter vi locutionis gramaticā, sed quia div. persona mutationē nō suscipit, prædicatur igitur identitas uniq hypostasis in duabq naturis (= Deq Verbū factū ē homo).
In altera vō enuntiatur hypostasis, habens unā naturā sed natura quæ fit alia, q. hūmu lingua signi-ficat prioris cessationē, alteriq successionē.
H. diceret 1or locutiō, si ita haberetur: Deq Verbū factū ē corpq hum.
Cf.
aquā facta ē vinū, uxor Loth facta ē statuē salis quæ etiā deberent intelligi sens- improprio, absq prioris substantiæ cessationis, si vera sint quæ blaterat Puseqq. –

2° Terminq qui convertitur. PP docent, ante consecratiōnē esse panē, pō consecr: ampliq nō esse, tantumō vi-deri - cf. locos allatos in th. 8:
Eodē m° corpq Chti in sacr. præsens appellent panē qui vero panis ē prorsq alteriq rationis. Hinc pani comuni qui ante consecr. erat, opponunt pōs consecr: panē vitæ, panē vivū, qui de coelo descendit etc.
Negare eos vero substantiā panis nō simpliciter ex appellatione panis (nō comunis probemq, nā de sacr. etiā dicunt PP. nō esse aquā comunē, oleū comune etc: ubi eadē subst: sibi opponitur sec. diversas qualitates. Unde in transmutatione spectandi sunt termini oppositi: dicunt propterea nō superesse panē comunē, quia i.q. erat panis, jā ē corpq Chti.
Corpq igitur Chti in sacr: ē vero ē, si spectetur ejq substantia ē panis, si spectetur sacr: existendi mq
Hesych: in Lev. VIII:
„carnes in panibq comedi præcepit, ut nos intelligeremq illud ab eo mysterium dici, q. simul panis ē caro ē, sicut corpq Chti panis vivi, qui de coelo descendit."
Quibq verbis nō dicit Hesych: ut persuadere conatur Puseqq: simul existere in sacr: ē panis substantiā ē carnē Chti, sed corpq Chti, formaliter ut in sacr. ē simul ē panē esse, videlicet eū qui de coelo descendit ē carnē Chti i.q. aliis verbis Chtq ipse declaraverat: panis quē ego dabo, caro mea ē

Inde solvitur absq difficultate sophisma D. Oxon:
(repetitum pô Albertinum Calvin:)

M Qui dicit, nô esse panê comunê (simplice) affirmat substantiã panis adesse

m atqui PP dicunt, in Euch. nô esse panê comune

C ergo affirmant in Euch. manere panis substantiã

—

D.M. ita ut terminus oppositus qui esse affirmatur, sit idê panis, sed sanctificatus, adeoq mutatæ qualitatis – N

ita ut term. opp. sit alia prorsus substantia quæ analogice appellatur panis ideoq opponentur nô 2 qualitates sed 2 substantiæ, quarum prior (panis sensu phys) negatur, altera (panis sensu theol) affirmatur – C.

D m. ita ut term. oppos. sit panis idê, sed sanctif. N
ita ut term. oppos. sit alia substantia, corpus Chi qui dicitur etiã panis vivus, quia ê in statu cibi sub speciebus sensibilibus panis C

—

3.° Modus quo PP conversionê exprimunt

Legentur iterum testimonia sub th. VIII collata, in quibus præter dicta hæc præterea consideramus:

a) ex eo q. verba consecratoria, diriguntur ad panê, dicuntur super panê, concludunt, panê transmutari in corpus Chi – ergo nô intelligebant verba directa ad corpus Chi una cu pane præsens sistendum –

b) transmutationê ita exprimunt: corpus Chi fieri v. effici de pane v. ex pane –
v. Deus . rogatur, ut panê faciat pretiosum corpus Filii sui, transmutans Sp. S. suo

c) Nonnulli PP aiunt panê, cu sit potentia corpus hum. transmutari naturaliter in corpus hum. inde nô debere incredibile videri, si juxta fidê Chianorum panis per Sp. S. virtutê mutetur uno ictu in corpus Chi horumq corpus dicunt esse numero unum idemq q. natum ê de Maria V. q. nunc glorificatum in cœlis existit

Utrinq habetur transitus unius substantiæ in alteram h. q. soli a PP urgetur, nô vero ipse modus q. prior desinat, posterior esse incipiat

Ipse Puseyus fatetur, nullam fore difficultatem credendi præsentiã corporis Chi sub accidentibus panis desinente panis

substantiã, si ex Trad. v. Scr: talis sacr. institutio constaret. Videmus Trad. aperte: esse manifestissimam.

Th. 14 (seq.)

III. In demonstratione, quā supra dedimꝰ, cessationis s. absentiæ substantiaꝝ panis et vini, continetur jā hæc altera veritas, fieri eā per conversionē s. per transsubst: Nā PP eā semper proponunt veluti formalē conversionis effectū. Et revera inveniuntur in eoꝝ doctrina oēs eæ conditiones, quas ad conversionis genꝰ pertinere supra diximꝰ.

1° Duplex term. a quo et ad quē enuntiabatur ita ut absq ambage intelligendi sint prior sc. totā essē suā substant: transiisse; alter eodē m° in ejꝰ locū successisse idq. ope transmutationis, conversionis unius in alterū.

a) ante consecr: esse panē et vinū, panē communē, simpl.
b) pō consecr: nō esse amplius panē et vinū, sed corpꝰ et sanguinē Dni
c) panē et vinū transmutari, converti, transire virtute Sp. S. in corpꝰ sanguinemq Dni.
De pane, ex pane fit, efficitur corpꝰ Xti.

2° His locutionibꝰ jā continetur, panis cessationē esse in ordine ad successionē corporis Xti hancq successionē ita fieri, ut panis cessationē necessario exigat. Præterea PP hanc conversionē semper reperiunt in verbis consecrationis, h. nimirū contendentes, ut vi verboꝝ illoꝝ intelligatur panis in corpꝰ transmutari = verboꝝ efficacia hoc recens fit corpꝰ Xti ex panis — unde nō doceat simpliciter panē annihilari et deinde præsens sisti corpꝰ Xti, sed sub panis speciebꝰ effici præsens corpꝰ, ita ut necessario panis esse desinat.

Hæc aute relatio termini a quo et term. ad quē sufficit, ut veri nominis habeatur conversio

Trid. XIII cap. 4: „quoniā aute Xtꝰ Red. noster corpꝰ suū i. q. sub specie panis offerebat, vere esse dixit, ideo persuasū semper in Eccles. Dei fuit ... per consecrationē panis et vini conversionē fieri totiꝰ substantiæ panis in substantiā corporis Xti D. N. et totiꝰ substantiæ vini in substantiā sanguinis ejꝰ."

PP tanquā term. form. a quo, qui totaliter cessat, intellexisse totā panis substantiā, apparet ex m° quo describunt term. form. ad quē.

Aliis in conversionibꝰ term. form. ad quē de novo producitur, nova aute forma succedit in locū formæ prioris, unde tot. term. a quo, desinit quidē sec. formā, nō desinit sec. materiā, quæ nova subiens formā term. tot: ad quē componit.

In conversione vero euch. term. form. ad quē et corpꝰ Xti præexistens totꝰq Xtꝰ in locū panis succedit. Hinc partialis substantia panis (s. materia s. forma) nō pō ingredi: term. tot. ad quē eo ipso intelligitur desinere. Quoties enī substantia aliqua simpliciter dicitur desinere, quin materia ejꝰ incipiat novæ formæ substare v. ejꝰ forma materialis informare novā materiā, intelligitur totaliter desinere quia neq forma materialis absq materia neq materia absq forma materiali possint sine miraculo conservari.

Hinc 3 propositiones:

ex pane fit corpus Chti	successio diversae substantiae sub iisdem accidentibus sensibil:
ex aqua fit vinum	successio diversae formae s. perfectionis specificae in eadem materia;
ex marmore fit statua	successio diversae formae accident. in eodem subj.

3° Praecedentia jam sufficiunt, ut vera habeatur conversio; de ulteriori proprietate actionis convertentis, qualis sit, potest esse aliqua inter theol: sententiar diversitas.

Qui potius corpus Chti spectant, quatenus jam praeexistit dicunt illud praesens fieri per adductionem (absque tamen motu locali). At si

a) corpus Chti praesens fit citra motum locale.

b) per efficientiam unice sub speciebus panis agente non ante in Chti corpore quatenus in coelo existit.

c) sec. novum sacr: existendi modum, diversum a modo existendi corporis connaturale.

Hac praesentiae effectio intelligi nequit, nisi actio ita ponat esse substantiale corporis sub speciebus, ut sufficeret ad corpus producendum, nisi jam praeexisteret modo suo connaturali. Quae igitur non possit esse productio simpliciter, appellabimus eam reproductionem analogam productioni.

Id demonstrant PP. locutiones:

Corpus Chti fit, efficitur, sanguis Chti efficitur.

apud recentiores vero (Paschasius al:

corpus Chti in Euch. creatur, recreatur, procreatur.

4° requiritur ad conversionem maxime propriam, ut aliquid maneat idem in term. tot. ad quem, quod fuerat in term. tot. a quo (commune tertium).

In Euch. phaenomena sensibilia eadem post consecr. remanent, quae fuerant ante consecr.

Hinc enim quidam ex PP. docent symbola mystica a sua natura non recedere. videlicet, sec. quod sunt sensibilia et immediatum sensuum obj:

Schol. 1.

Sensibus percipimus sola accidentia (φαινόμενα), sub iis ratione intelligimus substantiam (νοούμενον). Mutatis accidentibus intelligitur etiam substantiam esse mutatam. Unde sec. quandam legem sacramentalem, ita fas est loqui. quamdiu facta consecr. accidentia panis vinique non mutata permanent, sub iis substantia corporis sanguinisque Chti demonstrari potest. Mutatis vero accidentibus, ita ut naturaliter non pertinerent amplius ad panem vinumque, corpus sanguisque Chti amplius sub esse non possunt aeroglorum substantia nova novis accidentibus respondens occupat per creationem.

Unde animadvertend:

1° corpus Xti sub speciebus in locum panis succedit, non signif. corpus Xti incipit subjectum esse eorum accidentium, sicuti antea fuerat substantia panis, sed vi institutionis sacr: sub illis speciebus demonstrabile est corpus Xti, sicuti antea demonstrabile fuerat substantia panis, et vi ejusdem institutionis, donec manent accidentia, ab illis inseparabile esse corpus Xti, sicuti antea naturaliter ab iis separari non poterat subst. panis.

Ex hac porro conjunctione seq:

a) de corpore Xti posse eas mutationes praedicari quae licet in speciebus fiant, propter unionem tamen earum cum corpore ad illud transeunt: cujusmodi sunt mutationes locales. Unde recte dicitur Xtus in altari poni, elevari, circumferri.

b) Ea quae sola accidentia, non autem ipsum Xti corpus afficiunt, 2^{ci} modo a nobis et concipiuntur et praedicari possunt

α) aliqua solis accidentibus conveniunt, quatenus sunt species, qualitates, aliquid distincta a corpore Xti (calefieri, corrumpi)

β) alia licet solis accidentibus conveniant, concipiuntur tamen iis convenire, quatenus cum corpore Xti unum totum sacr. constituunt (corpus Xti in Euch. videtur, tangitur, frangitur)

Videlicet substantia quae subest his accidentibus non alia est quam ipsum Xti corpus.

Imo ad. haeret. pro utile esse si hujusmodi mutationes aperte proclamentur

Bereng. sub Nicol. II in Concil. Rom. 1059 jussus est profiteri corpus et sanguinem D. N. Jhu. sensualiter, non solum sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, et fidelium dentibus atteri. Frz. 227.

2° quum nutritio nulla sit sine mutatione specifica accidentium panis et vini, haec autem dum fit, incipit accidentibus subesse nutriens substantia.

A. Puseij objicit, PP. docuisse Euchar. nutrire et proinde panis substantiam in ea remanere, falsum est quia PP. v. nutritionem intelligebant conjunctionem cum nostris corporibus v. nutritionem spiritualem, medentem tum animae tum corporis infirmitatibus.

Praeterea inde quod Euch. retinet vim nutritivam, non seq. remanere etiam substantiam panis

Tandem ap. PP desunt hujusmodi subtiles inquisitiones quum tunc in re deessent errores oppositi.

Schol. 2.

Praeter difficultates, quae a protestantibus e Puseyo moveri solent, quasq superius variis in locis superavimus, haec juverit adjecisse.

Matth. XXVI. 29. Dico autem vobis: nõ bibã amplius de hoc genimine vitis usq in diẽ illũ, cũ illud bibã vobiscũ novũ in regno Patris mei. –

Marc. XIV. 25. Amẽ dico vobis, quia jã nõ bibã de h. genimine vitis usq in diẽ illũ, cũ illud bibã novũ in regno dei. –

Ap. utrũq haec verba leguntur põ calicis consecrationẽ.

PP a Puseyo citati intelligunt quidẽ genimẽ vitis de vino naturali, nõ tamẽ possunt demonstrari verba haec retulisse ad sanguinẽ Chti.

Etiamsi verba haec põ consecr. pronunciata intelligantur poterat tamẽ term. comparationis, maxime in sermone symbol. desumi a vino adhibito in coena ante consecr.

Solus Hilar: verba haec ad sacr. retulit e propterea vitẽ symbolice ipsũ Chtũ intellexit, ita ut genimẽ vitis sit sanguis Chti. – neq: dicit „ex vitis isto fructu" ut Puseyus pervertit contextũ, sed „ex vitis istius fructu" q. nõ põ significare nisi Chtũ qui ipse ẽ vitis. –

Ceterũ quũ species remansissent in object. realitate sua poterant et ipsae vinũ vocari terminus comparationes adhibere.

Agit D. Anglicanus in quodã scr: de vocibus in, sub, cũ pane e vino, usitatis apud PP:

At neminẽ ex PP protulit, affirmante corpus Chti nobis dari sub pane v. cũ pane

nã q. Hilar. dicit: nos sub mysterio carnẽ corporis Chti sumere (Trin. VIII. 13) v. Prosper: bibere nos sanguinẽ Chti sub forma e figura vini"

ois ad hanc quaest: nõ pertinent. –

Locutio vero in pane e vino ap. PP. 3o mo occurrit:

1o pro materia, ex qua sacr. conficitur „sanguinẽ suũ in vino consecravit" Tert. c. Marc. IV. 40

2o pro sensibili specie panis

3o pro corpore Chti in statu cibi

Comparatio, quã saepe instituunt orientales, inter Euch. e carbone ignitũ (Is. VI. 6) nõ probat, q. contendit Puseyus, una cũ Chti corpore manere panis substantiã, sicut in carbone ligno manet una cũ igne, sed carbonẽ ignitũ sumunt PP pro symbolo incarnationis, docentes totũ Deũ hoc adesse in Euch: ita ut lignũ significet corpus Chti sub speciebus sacr: ignis autem Verbi.

docet quã carnẽ efficacẽ sanctificationis nostrae aut veritatẽ e essentiã carnis in oppos. ad figurã e speciẽ Unde D. Th. in cat. aur. in Luc. XXII, 49 recte dicendus ẽ vertisse verba Cyrilli: convertens ea in veritatem propriae carnis" minime vero ad vitandas difficultates, quae prorsus nõ extant, textũ immutavit, ut absurde suspicantur Calviniani quidã e Puseyus. –

Deniq oli Calviniani, nunc autẽ Puseyus objiciunt usitatos PP. locutionẽ: a Deo immitti donis propositis vi vitae e ea transmutari in virtute δύναμιν v. efficaciã (ἐνέργειαν) carnis suae – Ita Cyrill. Alex Elias Cret. Theophyl. At ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς ap. Cyrill. e Eliã Cret. itẽq δύναμις σαρκὸς ap. Theophyl. nihil aliud significare contendimus

Th. 15.

Transsubstantiatio ex ipsis verbis consecratoriis demonstratur.

I. Canō tutissimus interpretandi s. Scr: ille ē ~~qui consti~~ consensus ~~tuitur~~ cathol. intellectus, confirmatus diserta Eccl: declaratione; hic ante nos certiores reddit verbis Institutionis diā transsubstantiatione contineri.

PP. v. proponunt panis ē vini permutatione, deinde fide appellent simplici appellatione verbor Chri –

v. praemissis Chri verbis inferunt permutatione tanquā illis expressā

v. in actione liturg. postulatur a Sp. S. ut fiat donor propositor conversio in corpus sanguinemq Chri.

Inde transsubstantiationis dogma nō continetur sola Trad: orali sed ex constanti fidelium consensu cū Chri verbis ū Euq: tanquā in fundamento suo cohaeret

Haec connexio agnita ē diserte declarata ē a Trid: XIII. cap. 4. Quoniā ante Chrus Red. N. corpus suū id, q. sub specie panis offerebat, vere esse dixit; ideo persuasū semper in Eccles: Dei fuit idq nunc denuo s. haec Synodus declarat, per consecratione panis ē vini conversione fieri totius substantiae panis in subst: corporis Chri D. N.

Quamvis vero manifestissimo constet, sensū hunc inesse in verbis Scr: posset tamē fieri alia quaestio utrū sensus hic independenter a Trad: ex sola verbor vi posset necne demonstrari. Duae enī hae quaestt. nunquā confundi debent.

Jā theol: affirmantes ex verbis Scr: transsubstant: demonstrari nō posse, ut fecerunt Scotus: Durandus Paludanus nihil aliud sibi voluere, nisi q. solis verbis per se inspectis, praecisione facta ab intellectu cath: haec veritas demonstrari nequiret. –

Quāvis vero haec opinio falsa sit ~~videlicet~~, verba Chri per se ambigua esse neq ex iis posse hermeneutice veritate transsubstant: demonstrari, nō pō tamē cū Vasquezio dici, eā cū Trid. doctrina pugnare.

Negari tamē nō pō modū loq Concil. magis favere opinioni contrariae, asserenti in verbis illis minime ambiguū sensū inesse.

II. Possumus igitur ex verbis institutionis ~~Chri~~ hermeneutice verū sensū eruere, ita ut nō solū intelligamus, verū esse sed quomodo verus sit

Quando Chrus tenens pane dixit: h. ē corpus meū, pron. h. nō pō nisi panis esse, quamdiu panis sub ē suis phaenomenis

Manente illa substantia nō poterit aliā demonstrare subst: quae una cū subst: cōnaturali maneret sub iisdē accidentibꝰ, sibi nō propriis. Desinente vero subst. cōnaturali; alia subst. sola praesente pron. h. hanc aliā subst. indicabit.

In ostensione objecti sensibilis, quamdiu manet res cōnaturaliter demonstrabilis suis accidentibꝰ, ea sola terminꝰ ē demonstratꝰ pron. h. s. accidentia sumantur proprie ē physice s. moraliter tantū ē ex communi mº considerandi.

Jamvero si pron. h. demonstret subst. aliō diversā a visibilibꝰ speciebꝰ, significatur praedicato (corpꝰ Xti jā adesse sub speciebꝰ istis, subst. vero cōnaturalē (panē) ampliꝰ nō praesens esse.

Aliter Xtꝰ affirmaret substantiā panis esse substantiale corpꝰ suū q. repugnat, ut ergo vera sit necesse ē, ut corpꝰ substantiā panis excludat.

Verba vero Xti, ut vera sint, necesse ē efficiant q. enuntiant, nō enī praesupponunt verū i. q. declarant; qum ergo affirmando corpꝰ Div. eo ipso negant praesentiā panis, prioris praesentiā illa efficiant, ut alterꝰ cessationē obtineant. Haec autē ē conversio totiꝰ subst: panis in corpꝰ Xti s. transsubst.

—

Siqui admisso verbor sensu proprio praesentiaq reali negant conversionē ex verbis perse demonstrari posse, duplicē ob causā errasse videntur. v.

1º considerant verba Xti veluti solū corpꝰ ejꝰ spectantia, ita ut pron. h. solū corpꝰ designet, nullo habito respectu panis

v. 2º nō considerant discrimē maximē (inter res) quae ex natura sua v. consensu continent aliā re, interq res quae tantū propriā suā exhibent naturā. In illis pron. h. pō revera signif. rē contentā, ita de poculo pleno dici recte pō: h. ē vinū, de Concha, haec ē margarita, de marsupio h. ē aurū. At in alteris pron. h. nō pō nisi propriā totiꝰ subst: designare.

At evidens ē panē nihil continere in se neq quid significare praeter suā subst: nisi expressa mentio fiat alicujꝰ usꝰ tropici.

Hi quaeq Scotista emisit hypoth: verba Xti per se verificari etiā manente panis substantia. Si enī instituisset sacr: ita, ut panis ē corpꝰ simul essent in Euch: potuerat dicere: h. ē corpꝰ meū, etiā permanente panis substantiā. Ita Hiquaeq. At concesso antecedenti negamꝰ consequentiā ē consequ. Tū enī necesse fuisset concipere panē tanquā continentē corpꝰ Xti

Schol.

Durandus putabat materiã panis manere, desinente forma substantiali. Alii ex adverso asserebant, desinente materia remanere formã. Berengarianis deniq nonnullis videbatur manere quidẽ natura substantialis panis ẽ vini, sed hypost. verbo unitã. Hunc errorẽ nonnulli tribuunt etiã Ruperto Abbati Tuitiensi, de quo egimus superius.

Oes hos errores manifesto repugnare conversioni panis in corpus Dni ea superioribus constat.

Error vero Ruperto adscriptus ideo propterea repugnat, quia inaudita est nova assumptio hypost: præter incarnationẽ Verbi cunctis christianis via toleranda ideo propter ipsius unionis hyp: conceptum. Natura enĩ assumpta nõ convertitur, sed eadẽ remanet, itaq nulla haberetur panis conversio in Euch.

a) Si præterea verba institutionis diriguntur ad panẽ, panis ante dicitur corpus Xti ~~[illegible]~~ ob unionẽ hypo: manifeste erronea ẽ interpretatio. Nã „corpus meũ" ẽ illud q. pro nobis datur, „sanguis meus" qui pro multis effunderetur, nimirũ caro Xti, corpus natũ ex M.V. crucifixũ sub Pontio Pilato, nunc vero sedens in gloria Patris. Atqui h. corpus nõ ẽ panis qui quotidiè nova hyp: unione Verbo unitur. Præterea sola panis præsentia Verbo uniti, nõ autẽ præsentia humanitatis in Euch. exprimeretur, q. oio repugnat intellectui cathol.

b) Si vero verba nõ ad panẽ directe intelliguntur, sed unice ad corpus Xti, sensu h. admisso neq transsubstant. neq panis assumptio põ demonstrari. –

—

Io. Parisiensis jun. (probe distinguendus a celebri illo Io. Parisiensi antiquiori, Dominicano) eandẽ panis assumptionẽ alio m° expressit: Timens ne admissa unione hyp: ~~dicere~~ cogeretur Verbũ esse panẽ asserere, ut Verbũ homo dicitur, asserebat panis naturã immediate sustentari a corpore ẽ in corpore Xti unde aliũ esse naturã corporis Xti, aliũ vero naturã panis, sed unũ corpus Xti: corpus enĩ i. esse q. ẽ suã propriã habeat naturã, ẽ sustentet panis naturã, ergo unũ esse corpus, licet duas naturas s. 2 corporeitates panis ẽ humanitatis.

Ad h. respondend ẽ eodẽ m° quo profligavimus Ruperti, si tamẽ ~~[illegible]~~ ẽ, errorẽ negandus præterea ẽ posse panẽ a corpore sustentari cu ipsum sustentetur a Verbo atq hujusmi sustentatio nisi hypostasi conveniat.

Recens quidā theol. novū se invenisse sustentationis m^u^ gloriatur, quo substantialis natura possit in altera inesse nō tanquā in hyp: sed tanquā in subst:, ita ut maneat natura desinat tamē substantia esse, quia amplius nō ē in se. Itaq maneret panis natura absq. ulla mutatione alia, nisi q. incipit esse in corpore Chti ē corpore Chti sustentatur. Substantia quidē panis desinit ē in ejus vicē succedit substantia corporis Chti quæ ē in se ē ē præterea aliquo sustentationis m^o^ natura panis sustentat.

Neq huic theoriæ obstare doctrinā Trid: (conversione totius substantiæ panis) in corpus – nō enī de pane ē vino Trid. agit, sed de substantia panis ē vini, hæcq tota convertitur. –

Haud magni refert, utrū hæc nova theoria plus minusve conveniat necne cū theoria Jo. Paris. certū ē contra convenire cū Trid.

Dicit quidē auctor, substantiā esse naturā quæ in se ē, hypost: esse subst: quæ per se ē. Sicut desinit hypost: qui esse substantiā desinat quando nō per se ē sed ab alia sustentatur hypo: ita natura, quin desinat natura esse, desinit tamē substantia esse quando nō ē in se sed ab alia sustentatur substa: H. m^o^ natura panis corpore Chti sustentatur substantia vero panis transmutatur in substa: corporis Chti quæ vera ē transsubstantiatio.

Resp: ut ens aut subst: esse aut accidens, decor vero discrimē essentiale h. esse, ut prior habeat aptitudinē ad existend per se, accidens vero ad existend in alio. Pō quidē miraculo accidens absq subst: sua conservari, nunquā tamē cessabit aptitudo ad subj: nā actualis inhærentia nō ē de essentia accidentis. Ita etiā proprio posse m^o^ subsistere, ad subst: natura pertinet, re vero ipsa actu, proprio vi modoq subsistere nō ē essentiale subst:

Hinc etiamsi distinguatur, ut auctor vult illē, esse in se (subst:) ē esse per se (hypo:) esse in se designabit aptitudinē existendi per se ideoq natura prorsus diversa a natura accidentis. Inē videlicet intrinseca repugnantia aptitudinis ad subj: ut e contrario accidenti (quamvis sine subj: existenti semper repugnabit) ut sit substantia, retinet enim suā ad subj: aptitudinē.

Concil: deniq: substantiā panis intellexit in oppositione ad species h. e: accidentia hancq totā converti in corpus Chti.

Deniq PP docent pō consecr: nō esse amplius panē sed apparere tantū damnataq ē doctrina Bereng: asserentis teste Lanfranco, panē vinūq pō consecr: sine materiali mutatione in pristinis essentiis remanere Ideq Wiclef: docebat, damnatusq ē in Conc: Consti:

Th. 16.

De objectiva specier realitate.

I. Quae aliqua po theol: esse v. formaliter (i.e. ratione obj: principii cognitionis) quatenus res inquirenda innotescit v. unice v. etiã ex revelatione revelationisq explicatione v. materialiter quando cognoscendi principiũ non revelatiõ e neq immediate neq mediate, sed tantu lumen rationis, materia tamẽ cũ iis nexa ẽ quae revelatione continentur. Qs si fit, philosophice prae oculis debet habere saltẽ negativã illã normã, qua praecaventur errores theol. veritatibq oppositi – Pii IX Syllab. prop. 14. epist. ad Arch. Monach. 11. dec. 1862. 21. dec. 1863.

Iã vero oibq liquet quae: de natura specier saltẽ materialiter ad theol: pertinere, q. si certis circũscribatur terminis, etiã formaliter inter theol: disputat: collocanda erit.

Constat enĩ primo veritas negativa, quid non sint species videlicet non esse aliquid naturale, sed praeternaturale h. q. ex sola constat revelatione. Porro si quaeratur, quid sint species illae, absq dubio erit quaestio tota circa rẽ supernaturalẽ ẽ proinde theol: materialiter.

Praeterea ii revelatione continentur principia, ex quibus certa ponit quae: solutio derivari, unde quae: de obj: phys: realitate specier his limitibq coarcta etiã formaliter theol. erit.

Phys: vero realitate supposita, si ulterior inquisitio fiat generalis ii natura accidentiũ intrinseca v. de speciali har species indole quomodo sint a substantia sejuncta, theol: ex principiis revelatis nihil po explicare cuiq haec posterior quae: philosoph. formaliter ẽ solũ materialiter theol: –

Erit ergo, ut alias in quae: hic quoq philosophia theologiae quaedã Martha inserviens neq primũ theoria statuenda de corpor ẽ accidentiũ natura eiq doctrina theol: accomodanda, sed absq illa theoria philos: primo ex fontibq theol: educenda erit phys: realitas specier haecq pro norma saltẽ negativa habenda erit, ut eos dirigat in philos: de accidentiũ natura inquisitione. –

II: Quae: quid praeter absentiã panis ẽ vini de ipsis speciebq in praedicatione eccles: doceatur.

1° PP constanter 2 distinguunt in sacr: parte sensibile (sacr: tantu) ẽ parte invisibile ẽ corpq Chri (sacr: ẽ res sacr.)

At eo ipso satis declarant species obj: realitatē, nā sacr: s. signū sacr: ab oībq res sensibilis obj: intelligitur, nō auto sensuū nostrorū (adjacentiū objectorū modificatio. Qui vero species nō solū modificationē sed reale aliquid esse contendunt, hanc tamē realitatē esse ipsā operationē Dd. illo ex loco promanente, ubi prius panis erat, nihil prorsq efficiunt, cū operatio Div. a suo effectu distincta realiter nō sit aliud quā Deq ipse neq fas ē dicere Deū, quatenq operatur, esse sacr: s. signum sacræ rei sensibile. Nihil tū objectivi præter sensuū aut adjacentiū corporū modificationes remanet q. possit sacr: dici. Neq tū amplius confectio sacr: erit cū ex aliqua re (corpore Xti) ē nulla (i. e. phantasia) confectio nō possit constare. (Algerq de sacr: corp. ē sanguin. Xti con. Bereng. l. I. c. 7).

Alia ē diserta SS. doctrina, quē dedimq th. X. Præcisione a corpore Xti facta panis ē vinū appellantur res terrena (Iren.) materialis (Orig.) sensibilis (Chrys.) permanens natura panis ē vini etc.

Sunt monophys: ex conversione panis in corpus Xti abusive deducebant quandā hum. naturæ Xti in naturā Div. absorptionē unde visibiles Xti humanitatis notas nō reale quid, sed phantasticū esse, ita SS. consentientes quidē cū monophys: de conversione substantiæ summa tamē cū sollicitudine remanentiū specierū affirmant realitatē, ut inde deducant realitatē Xti humanitatis quæ in sua propria manet natura.

Eadē fuit persuasio scriptorū sæc. IX, eadē eorū qui sæc. XI ac XII defendebant dogma realis præsentiæ ac transsubstant: contra sectatores Bereng:

2° Schol: oēs unanimes in hanc doctrinā consentiunt quādiu theologice agitur de phys: specierū realitate. In explicatione vero philos. quomodo sint idē consensq amplius nō apparet. Q. magis mirand neq spernend veritatis indiciū h. e. q. theologi oēs nō ex aliqua præconcepta doctrina philos: sed unice ex principiis theol: consensū suū habent, imo fatentur lumine rationis nō posse demonstrari accidentiū a sua subst: separabilitatē adeoq philos: gentilibq incompertā fuisse. Tamē contendunt unanimiter hujqmi accidentiū existentiā nō solū possibilē sed actualē habendā esse ex principiis fidei.

Hanc accidentiū existentiā pō Concil. Constant. ē Trid. dicunt de fide esse.

Hōc docetur in Catech. Rom. tanquā „perpetua ē constans cath. Ecclesiæ doctrina" (P. II. de Euch. n. 44).

Pō invecta vero philos. Cartes: aliqui extiterunt inter cathol: philosophi docentes species illas tū in sensibq tū in adjacentibq corporibq modificationes immediata s. Dei s. corporis Xti operatione oriri eodē prorsq m°, ac si

procederent a subst: panis ē vini. (Em. Maignan, philosophia sacra T. I. c. 22 ejq̃ discipuli Joan Saguens. Jos. Perrimezzi)
Alii saec. XVIII, quos inter Drouin ē Witassé nōquidē ausi sunt hanc doctrinā defendere at nō dissimulabant eā sibi haud displicere. Qui mō agendi plane oppositq ē illi quē secuti sunt veteres schol: Hi ex principiis theol: tanquā indubitatā admittunt realitatē specier, hācq doctrinā mere theol: normā habentes directricē inquirunt philos: quomō remaneant species itaq factū ē ut mallent se in difficiles de corpor ē acciden-tiū natura theorias conjicere quā violare principiū theol: certū. Neq iis ignota erat explicatio Cartesianor quae ē obvia ē ē saepiq ab illis adhibetur ad aliis phae-nomenis explicandis, ubi nō obstant princip: theol: D. Th. 3. q. 76. a. 8.

Cartesiani vero plane aliā viā secuti sunt: primū statuentes doctrinā philos: huic conati sunt principi philos: accomodare.

Dicunt nō oēs veteres in eadē fuisse sententia circa Euch: nā

a) fuisse qui affirmarent accidentia remanere in aëre.

Resp:

1° etiāsi ita contenderent, nō repugnarent realitati specier quā haec opinio pertineat ad mūm quo existebant

2° nonnullis locutio illa videtur synonyma esse cū haec altera: manere sine substantia tanquā subjecto inhaesionis

3° fuisse paucissimos qui aëre dicerent subj: in-haesionis neq nomina eor nota sunt

b) plurimos docuisse accidentia ipsi corpori Chti inhaerere. Hanc vero doctrina falso Witasse tri-buit Concil. Rom. sub Nicol. II (Th. XIV sch. 1) neq Guitmundq aut Gulielmq s. Theodorici eā professi sunt, sed invenitur ap. Abbandū Abb. Gual-terū Victorinū eosq inter Graecos qui corpq Chti in Euch. corruptibile esse contendebant.

c) appellant ad theolo: Arriagā, qui tamē de sola gravitate iis consentit, in ceteris accidentibq seq: communē doctrinā: Bonnet: qui nihil de hac quae: disputavit, denq Petrū Alliacensē de quo postea.

Inde h. certo constat, antiquor tū PP tū theol: con-sensū universi ~~nō posse~~ in Dubiū vocari. –

3° PP doctrinae ē theologor constans consensq habent in Conciliorq definitionibq suā authent. expressionē. Tō Later. IV (cap: Firmiter) ē Flor. (decr. pro Armen.) Trid: (sess. XIII cn. 2) definivit totiq substantia panis in corpq

totiq[ue] subst: vini in sanguinē completā conversionē, manentibus duntaxat speciebus panis et vini.

Multi veteres theol: existimant hanc permanentiā specier[um] de fide esse definitā, at quū commune ~~tota~~ tertiū nō videatur essentiale conversionibus, tutius ē statuere q. Concil: voluerit in recto definire cessationē substantiar[um] earq[ue] conversionē, in obliquo vero, explicationis instar, subjungit, i. q. manet nō esse aliquid substantiale, sed speciē panis et vini.

Concil: nō cogitasse species intentionales liquet ex obvia verbor[um] inspectione. Nā eodē m[od]o quo aliquid transire ex subst: dicitur, etiā aliquid remanere affirmatur; atqui prius ē aliquid obj: ergo alterū quoq[ue] huic considerationi logicæ pō aliā histor. adjungi. Species tū temporis inde a multis sæculis habebant sensū determinatū obq[ue] intellectū de obj: realitate specier[um], quæ fuerant panis vinīq[ue]. Fieri ergo nō potuit, ut PP. aliud quid h. nomine intelligerent.

Exceptio Witassii socior[um]q[ue] plane inanis ē, dicentiū divi. Provid. factū esse, ut Concil. nunquā usurpaverit accidentiū vocabulū et in uno cap. 3 [sess. XIV] usq[ue] novies illud elegerit (ut ē ap. Witassiū al.

Nō quæ: quid terminus ~~sp~~ speciei possit per se significare, sed quid Concil. per eū voluerit illo tempore significare. Neq[ue] fas ē dicere terminū habuisse quidē tū temporis sensū „objective realiū" verū admittere etiā „intentionaliū tantū specier[um]" nā h. m[od]o nulla Conciliorū definitio tuta esset a subseq: sæculor[um] perversione, quū verbis novā semper submitterent significationē. Sed definitiones semper intelligendæ sunt eo sensu quē verba habebant ea ætate qua sunt editæ.

Species quidē quatenus opponitur corpor[is] substantiæ 1° significat quidquid ē obj: videndi, deinde etiā quidquid aliis sensibus percipitur, ergo = accidentia sensibilia 2° derivata significatione dicit etiā sensuum modificationē et imaginē quæ in nostra anima versatur, at hæc neq[ue] prima neq[ue] unica vocis significatio ē. Ubi vero in sacr: opponuntur substantia transiens et species (i.e. pars visibilis sacr.) manens, nulla ē ratio ob quā a primitiva significatione vox detorqueatur, imo necesse ē ut propria conservet. Dicit ergo vox illa in Concil. et PP appellatione = accidentia sensibilia. Si vero quæras cur potius species dictæ sint quā accidentia, respondend[um] ē:

1° fundamenta theol: tanta pro sensibilium accidentiū permanentia suppetere, quæ propriè species vocantur; nō ante oportebat mentionē facere aliar[um]

qualitate omnibus, si quæ sunt v. esse putabantur. Ita Lanfran. (de Euch. c. 18) conversionē fieri substantiæ reservatis ipsar[um] rer[um] speciebus et quibusdā aliis qualitatibus.

2° Accidens et species in re eadē significanda formaliter distinguuntur: eū prius dicit inhærentiā in substantia, alterū vero nostrā rei perceptionē. At fides docet substantiæ amplius nō subesse, ergo nō ~~est necesse~~ cautiū omittitur significatio inhærentiæ in subst: quæ actu nulla ē.

Th. 16 (seq)

Verū esse i.q. docemq, efficitur definitionibq Concil. Const. sess. VIII ē Bull. Confirm. Martini V, ubi duo Wiclefii damnantur articuli:

1° Substantiā panis materialis ē similiter substantiā vini materialis remanere in sacr. Altaris"

2°. Accidentia panis nō manere sine subj: in eodē sacr.

videlicet hæreticq 2 hæc distinguebat, contendens Deū de potentia sua absoluta nō posse facere, q. in Sacr. altaris essent accidentia sine subj:

Unde liquet q. tota disputationū via (confirmatur ac ratione) artic. 2ⁱ nō fuisse unice proscriptū quia asserebatur panis subst: manere, h. enī jā 1º art: damnatū erat, sed seorsū profligatur doctrina, nō posse accidentia seorsi manere. Ergo tenenda ē nō hæc conditionata: si manent accidentia, manent sine subj: ut adversariis placet, sed altera hæc absol: accidentia manent absq subj:

Adversarii (Witassé, Drouin, Fortunatq a Brixia) provocant ad Petri Alliacensis auctoritatē, qui pars magna fuerat Concilii Const:

nihil aliud Concil. voluisse proscribere quā doctrinā Wiclefii, "nō q. in more philosophos accidentia sine subj: esse nō posse contenderet, de quo neqquā ē cogitabat; sed q. vellet, pō consecr. elementū panis, ut antea fuerat, accidentiū esse subj: nullaq fieri transubst: H. itaq sensu debet Synod. Const: intelligi. Cujq responsionis teste habemq Card. Petrū de Alliaco qui Concilio magna cū laude interfuit; affirmat enī (in 4. q. 6. a. 3) h. decreto PP nihil aliud nisi errorē Wiclefii proscribere voluisse (Drouin) — Frz. 26.7

Verū quidē ē PP. voluisse aliud quid damnare nisi errorē Wiclefii (annumerantur ejq 45 arti.) at hunc fuisse errorē ejq, de quo nō solū cogitabat, sed cū fundamentū doctrinæ suæ asserebat, eordem ē sua ex scriptis Wicl. te ex art: 2° cujq specialis damnatio fuisset (inutilis) superflua, si error esset idē ac 1° art: pronunciatq.

Praterea Petr. ab Alliaco nihil testatq ē de Synodo Const: in commentariis suis ad 4 sent. Hos in juventute scripsit dū Parisiis magister esset, annis ferme 30 prq quā Concilio interesset — q. patet ex ejq chron:

n. 1350 laureā adeptq ē Parisiis 1380
magn. magister domq Navarræ creatq 1384
Cancellariq Univ. ē confessariq regis.
promotq ad eptū Cameracense ex Aniciensi 1396
Cardin. 1411 a Jo. XXII creatq interfuit
Concil. Const. 1415
mortuus ē plurimis negotiis functq 1425 aug.

Si vero quæras qualis fuerit ejq de accidentiū permanentia opinio, plane aliud quid docuit quā Dī tribuunt moderni

nā exposita moderna theoria (in 4. q. 6. a. 3) de speciebus intentionalibus, quā quis imaginari ponet, subjungit, cum qui ita censeret, nō esse propter h. tanquā hæreticū habendū "- continuo pergit h. m°: 4ª ē communior opinio ē cui favet magis doctrina Eccl. ē q. in sacr. accidentia quæ fuerant panis, remanent sine subj. ē in illis fit fractio ē hanc teneo".

Si vero objiciatur, hæc ab auctore nō fuisse etiā pō Concil: conscripta, resp: inde nihil inferri posse, nā plures fuere theologi qui easdem recantarent quæ in juventute sua inconsiderate protulerant.

III. Philosophice explicand ē quom° sint hæ species quas constat theol: esse objective reales. Nō pō quidē positive demonstrari nō repugnare, ut accidentia a sua substantia separata existant, tamē quū theol: constet h. nō repugnare, profecto philos: efficit pō, hujus separationis repugnantiā nō esse lumini rationis evidente.

Distinguenda sunt in corporibus phænomena sensibilia ē illud. q. illis subesse intelligimus νοούμενον. In ordine intellectivo ab illis ad h. progredimur, in ordine ontolog. ex h. illa promanare concludimus. Naturā vero rationemque substantiæ (νοούμενον) eatenus perspecta habemus, quatenus ex phænomenis eā cognoscendo inferimus.

Cum hæc sec. certas, ac stabiles leges eveniant, etiā substantia - concludimus - certo m° ac constanter producere effectus suos ē verissim arbitramur hos effectus durare nō posse, nisi perduret etiā subst:

At demonstrari nō posse, priorem illa ~~causa~~ necessitatē qua subst: producit effectus suos, esse absolutā nec ~~tanta~~ hypoth: (si serventur leges phys:) idque certū ē in ordine supernat: ... aliis miraculis ... sacramentali m° existendi corporis Chri.

Eodē m° nō ē evidens, phænomena sensibilia nō posse Dei oīpotentia conservari, etiamsi subst. deficiat s. nihil inesse realitatis distinctæ in phænomenis sensibilibus. Quare

„Demus Deū aliquid posse q. nos fateamur investigare nō posse; in talibus rebus tota ratio facti ē potentia facientis" Aug. ep. 137. n. 8 ad Volus.

Prælucente tamē veritate theol. proponere licet probabiles hypotheses, quibus nō demonstretur quom° sint, sed suadeatur quo m° esse possint.

Resistentia ē vis interna quā singulæ corporis particulæ sibi opponunt, ē vis quædā, nō substantialis quidē, tamē realis. Quæ vis duplici parte constabit, activa, qua substan: corporea pellit ē passiva, qui ē ipse impulsus. Illā dicimus ἐνέργειαν, hanc ἐνέργημα. Illa cum ...

lis neq (videtur) a subst: distingui posse nisi ratione, ita ut sit quidē subst: m⁹ - hæc vero nō ē nihil, sed aliquid reale, postulans ex natura sua ut insit in subst: ē ab ea sustentetur neq extra eā naturaliter esse pō. Quotiescunq subst: ἐνεργητική desinit, etiā ejs ἐνέργημα cessat. At h. accidens, h. ens incompleto, hæc vis attractionis, quoniā habet aliquid entitatis a subst: diversæ pō desinente etiā subst: a Deo conservari, ita ut oē id q. subst: conferebat ad sustentand accidens, Deus ipse, om prima causa ac princeps, suppleat nō quidē instar subj: q. sustentat, sed per mō causæ efficientis.

Sin objiciatur, concipi nō posse actionē absq agente, responderi pō, ἐνέργημα nō esse actu imanente subst: sed promanante ē transeunte atq ab subst: realiter distingui, tanquā effectu a causa sua. Erit igitur resistentia illa mediū quid inter subst: cujs effectus ē ē mutationes in aliis corporibs productas, quar ē causa.

Reliqua phænomena eadē manent, tanquā ipsa subst: adesset. Quantitas resultat ex eo q. partes sunt extra partes, hæc igitur quantitas manere nō pō deficiente corpore at illa quæ resultat ex remanente resistentia per spatiū diffusa, remanere pō. Ita manebunt eadē gravitas, densitas, color ac calor etc:

S. D. Th. cū plurimis docet Schol: quantitatē esse 1ā dispositionē materiæ, per quā ē quantā ē ē divisibilis, hæc cū maneat, nō existente amplius subst: reliqua accidentia in ea insunt in eaq fundantur, quæ tamē ipsæ quoq sint aliq subj: cū etiā quantitas subjecto careat. -

Quando vero mutantur species, nova producitur subst: iis respondens.

Th. 17.

Sacramentu nutrit animas perficiendo caritate.

I. Effectus Sacr. ē vitæ conservatio (Jo. VI. 58).
Conservatur aute vita eo mº, ut ipse vitæ auctor fiat nobis cibus potusq. H. mº in ipso manemus, ipse autē in nobis, comunicans nobis vitā supernat. jugiter perseverante.
Per unione cu Cto, quā in singulis h. sacr. operatur etiā membra inter se sub eodē capite arctius copulantur.
Unio cu Cto h. in sacr: 2ex ē
In aliis sacr: quoniā ex natura composita constamus, elementa sensibilia ad ordinē supernat. elevata, parti sensibili naturæ nostræ applicantur, ut virtus eor supernat. ad animā perveniat: in h. sacr. nō solu elementu sensib. sed ipse Ctus in statu sacr: nobis applicatur. Quæ sacram. unio nō ē effectus sacr. sed ipsa sacr. applicatio, ut signi causæq illius cu Cto unitatis. E igitur unitas cu Cto unio spiritualis per charitatē.
Ex hac cu Cto unione, si perseverat, oritur futuræ gloriæ adeptio cujus pignus atq arrha h. sacr. ē
In quo hujus sacr. effectu nihil videtur peculiare inesse quo ab aliōr sacr. effectibus distinguatur. At gratia sanctificans, quamvis omnibus in sacr: eandē habeat ontolog. rationē, tamen in singulis specialē obtinet relationē, ob quā sacramentalis dicitur.
In sacramentis mortuor per baptismū 1º fit cu Cto conjunctio, prima ad vitā spiritualē generatio; per poenitentiā peccata remittuntur, renovantur. Sacra: vero vivor partī corroborant ad agonē instante christianū (Confirm. Extr. Unct.) partī in peculiari quodā vitæ statu collocant (Ordo, matr.).
Itaq: mortuor sacr: per se spectant ad peculpæ expiationē inchoationēq caritatis, nō vero caritatē perficiunt neq eā supponunt; sacr. vero vivor perficiunt quidē caritatē dantes gratiar incrementu, sed tanquā per accidens ē propter fine a caritate distincta. In Euchar. vero ē perficit in nobis ē conservat caritatē nō propter aliū quēdā finē a caritate distinctu, nā propter caritatē nihil aliud intendit in h. sacr.
II. Prærequiri in iis, qui suscipiunt Euch. vitæ gratiæ neq Euch. ad h. institutā esse, ut eā per se conferat, probatur
1º ex 1Cor. XI. 27. Itaq quicunq manducaverit panē hunc et biberit calicē Dni indigne; reus erit corporis ē sanguinis Dni. 28. Probet autē seipsu hoo: ē sic de pane illo edat ē de calice bibat.
2º ex doctrina ē usu totius antiquitatis constanti, ut

constat apud PP. in Liturg. in disciplina poenitentiae

3° ex ratione intrinseca sacr. Est enim finis ejus nutritio vivorum Xti membrorum, non vero mortuorum membrorum vivificatio; intima cum Xto unio, tanquam sponsae cum sponso, non vero inimicorum cum Xto reconciliatio —

Quando igitur PP et Liturg. Euch. attribuunt vim comburendi in se tanquam in igne div. omnia peccata, loquuntur v. de Euch. sacrificio v. consumptione concupiscentiae peccatorum preservatione. Nonnunquam de remissione quotidianorum venialium peccatorum, forte etiam de remissione mortalium, quae esset sacr. effectus per accidens, quamvis a pluribus theol. peritis negetur (Vasquez, de Lugo)

Peccata ante venialia remittuntur ex principali sacr. effectu, obstant enim unioni cum Xto perficiendae, ad quam excolendam h. admirabile sacr. ordinatur

Trid. XIII. cap. 2: antidotum quo liberemur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus preservemur

Poenae vero temporales quae non obstent perficiendae unioni, neque ulla ratio adsit, cur inter sacr. hujus effectus adnumerentur, dicendae sunt quando sacr. suscipitur, remitti posse ex opere operantis. —

Coroll.

De puncto temporis, quo gratiae augmentum in h. sacr. confertur, mathematice disputare, nihil attinet.

Donec vero corpus Xti realiter in nobis manet non conferuntur quidem continuo novi gratiae gradus si tantum dispositio habitualis (status gratiae) perseveret — at pia et neque improbabilis sententia asserentium, toto eo tempore, vi sacr. ex opere operato nova continuo gratiae augmenta conferri, si novi actus v. solum duratione et numero v. etiam perfectione aucti accedant. —

Th. 3.

J. Christus appellatur ē Deus ē Filius Dei.

Nomina accipienda sunt sensu proprio, donec probetur contrariū. Nō licet affirmare Scr: nominibus augustissimis constanter sensu improprio utitari idq in ipsis fidei jaciendis fundamentis. At nō excluditur sensus improprius. Verū ē, sed h. nō impedit quin etiā proprio suo sensu adhibeantur. Neq solis nominibus pugnand ē quando facta adsunt, quibus res eadē demonstratur, etiā praecisione facta a nominibus. Absurdū profecto esset postulare, ut divinitas J. Chr. ex solis nominibus devinceretur.

Nō tamē negligenda ē haec disputatio. Nā i. q. vulgo respondetur excipientibus adversariis, Dei Filius Dei nomina etiā angelis hominibusq tribui in Scr: facta distinctione, sensu improprio tribui, nō vero proprio atq eodē quo Chto - nō satis nobis placet neq confusione caret quadā, quamvis nō sit falsū. Imo negand: ē simpliciter, quemquā praeter Chū in Scr: aut Deū aut Deī Filiū appellari. -

Cujus probationis viā ipse D. Paul. nobis monstrat: Hebr. I 5. Cui eni dixit aliquando angelorū: Filius meus es tu, ego hodie genui te -

Id confirmat Orig. ap. Frz. 13

Iren. III. 6 ē 19.

Percurramus singulos locos, ubi nomina illa inveniuntur.

I. Nomē quidē Dei s. יְהוָֹה s. אֱלֹהִים fatente Gesenio nunquā de singulari hoē adhibentur in Scr. Nos vero asseveramus אֱלֹהִים quidē dici de pluribus hōibus simul sumptis, si habent specialē aliquā relatiōnē ad Deū - ps. 81 (82), 1. 6. Jo. X. 34. 35 - v. etiā de angelis ps. VIII. 6 - Hebr. II. 7. 9 ubi mutatio propriae significationis in analogā facile apparet nunquā vero de uno singulari subjecto, nisi sit ipse verus Deus.

Difficultas moveri pō ex angelo Dei in V. T. מַלְאַךְ יְהוָֹה qui persaepe nedū אֱלֹהִים sed etiā יְהוָֹה appellatur. At eex in promptu ē veterū PP. responsio

a) angelus ille ipse ē Deus, ita ut sermo sit de theophaniis

b) v. ē angelus creatus qui Deū repraesentat ejusq nomine aut agit aut loquitur - Ita ut promiscue v. angelus v. Deus pro 2ae personae quā gerebat potuerit appellari

"in° angeli m° Deus vocantur, quia angelorū

vocabulo, exprimuntur, qui exterius ministrabant, ē appellatione Dōi ostenditur, qui eis interius praeerat. Greg. M. 28, c. 1. n. 7. —

Genes. 19, 18 Lot ~~dixit~~ alloq. angelū v. potius duos angelos אֲדֹנָי: quae forma significat ipsū Deū. At lectio haec pendet a judicio Masorethar, qui ita scripserunt pro אֲדֹנַי v. אֲדֹנִי, Dōe mi aut Dōi mei.
Sin vera ē lectio Masoreth: respondemus cū Justin (Tryph. 56) cū qui dicerit ab Abrahā c. 18, 33. ipsū Deū, item c. 19, 18 in duobus angelis apparuisse Lot. — S. Aug. tandē aliud duos illos angelos habet duas personas SS. Trin.

Ps. 44, 7. Sedes tua Deus in saeculū saeculi, virga directionis virga regni tui. 8. Dilexisti justitiā ē odisti iniquitatē: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis.
Verba haec a nonnullis rationalistis ad Salomonē referuntur.
Sed refelluntur a D. Paul. qui eadē verba citat Hebr. I. 8 cū hoc additamento: ad Filiū autē: thronus tuus, Deus etc. —

Exod. IV. 16: tu autē eris in his quae ad Deū pertinet (hebr. in Deū)
VII. 1: ecce constitui te Deū Pharaonis
Nō simpliciter Moyses appellatur Deus, sed Pharaoni tamquam ante comparationis ē Deus, ita ut sensus sit, sicut Deus imperat, tu quoq. imperabis ē sicut Deus loq. per legatos, prophetas, tu loqueris per fratrē Aaron.

1. Reg. XXVIII. 13 de apparitione Samuele: Deos vidi ascendentes de terra — at sunt verba impiae mulieris quae refert Scr. inspirata.

II. Nomē quidē „Filius Dei" frequentissime in Scr. tū angelis tū hominibus tribuitur. Nā per donū gratiae sanctificantis ē mirabilē div. naturae participationē „Filii Dei nominamur ē sumus" — Rom. VIII. 14 sq. Gal. IV. 5. 19.
De unoquoq. justo verū ē, eū esse filiū Dei, nō quidē per generationē, sed per participationē — Jo. I. 13. 1 Jo. V. 1. Jac. I. 18. 1 Petr. I. 23
Cur igitur, quando plures sunt ē dicuntur filii Dei, quando unus, unquē ? Q. posset unus quoq. ita appellari, nullū ē dubiū, tamē revera Scr. aliter loq. de Chto aliter de angelis v. hominibus. —
Chtus locis fere innumeris a Patre, a ~~ipso~~ se ipso, ab angelis, ab discipulis, daemonibus dicitur Filius Dei, Filius ō ꝛius, Filius dilectus, unigenitus. — quando se Filiū Dei dixit blasphemiae arcessitur in morte damnatur —

Contra quāquā ē angeli ē hoēs plq quā quinquagies in plurali numero (in confuso) aut si in sing: v. collective v. ~~atq~~ indeterminate filii dei appellantur, nunquā v. angelq v. homo reperitur Filiq Dei appellatq, nisi forte ratione typi. Inde conseq. quando definita persona vocatur in Scr. filiq Dei, nō tantū adoptiōē filiū sed eminentiq quid significari. H. autē nihil aliud esse pō praeter filiū naturalē. Filiq ē super familiā, reliqui adoptivi servi sunt de familia.

Filiq Dei de angelo nunquā invenitur. q. eñ leg: Dan. III. 92 de Nabuchodonosoro, qui praeter tres viros in caminū ardentē missos quartū videt per flammas medias ambulantē: species quarti similis filio Dei ad nos nō pertinet. quū ē sententia viri regis pagani ē angelq nō dicatur filiq Dei sed similis tantū.

De hoībq vero locutiō invenitur 3^{plici} m^{o}.

a) indefinite, indeterminate Sap. II. 13. 18. Eccles. IV. 11. Gal. IV. 7.

b) collective — Exod. IV. 22. 23.

c) typice, ut hōō ita appelletur, quoniā gerit personā Chti. In hac classe nomē retinet sensū eminentē quatenq refertur ad Chtū; subē autē altera significatiō, analoga, quaē hoē respicit typicū.

Unicq locq ē 2 Reg. VII. 14 — qui repetitur, Paral. XVII. 13. XXII. 10. XXVIII. 6 — ubi Deq sensu quidē histor. de Salomone: ego ero ei in patrē ē ipse erit mihi in filiū" — sensu vero typi. de Chto, q. manifestū ē ex Hebr. I. 5

Citat eñ Ap: verba haec tanquā ad Chtū pertinentia eodē m^{o} quo Ps. II. 7:

cui eñ dixit aliquando angelorū; Filiq meq es tu, ego hodie genui te? ē rursū (sc. cui dixit aliquando) ego ero illi in Patrē ē ipse erit mihi in Filiū?

Apo: nō solū declarat verba citata ad Chtū referri, sed etiā manifestat neq de angelo nec multo minq de mero hoē (per se spectato) sensu proprio verba ea usquā inveniri in Scr:

Luc. III. 38 τοῦ Ἀδὰμ τοῦ Θεοῦ — Adā qui fuit Dei — genitivis his exprimitur origo uniq ab altero quae neq inter hoēs semper eadē ē quū praeter naturalē etiā legalis esse possit — Adami vero origo ē creaturae a creatore. Inde plane diversū sensū habent locutiōes: David qui fuit Jesse ē Adā qui fuit Dei.

q. optime intellexit Syrq interpres qui singulis membris addidit vocē filii: filiq Joseph filii Heli ... filii Adā

ultimũ vero membrũ ita expresit „qui a Deo".
Cujus rei confirmationẽ habes ap. nonullos antiquos interpretes qui mira contorsione, dum° Adamo adimeretur appellatio filii Dei, ultimo membro filiũ, q. falso supplebant, referebant ad Chtũ: Jesus erat incipiens quasi annor XXX (ut putabatur filius Joseph) qui (Jesus) fuit Heli, fuit Matthat...fuit Adã, fuit Dei.

Contra intellexit Basil. adv. Eunom. I. 15.

Sane insulsa interpretatio quæ neq difficultatē tollit nã relatio membror singulor ad Jesũ eadē manet, quippe videri Jesus verus filius Heli.

cf Frz. 20.

III. Quũ in V. T. divinitas divq filiatio Messiæ subobscurius sint revelatæ, sec. ingeniũ illius oeconomiæ, neq omnibus sed paucis tantũ explicita fides in Messiæ divinitate versata fuisset, neq vulgus Messiã nomine proprio et aequo Filiũ Dei appellaret, Sociniani (Arminiani, rationalistæ) contendunt, nõ sensu proprio, sed longe alio appellatione Filiũ Dei ætate Chti ĉ Apost: ap: Judæos in usu fuisse ad Messiã designandũ; velut unũ ex nominibus propriis, qualia erant notissima illa rex Israel, propheta venturus, filius David.

Cũ igitur nomẽ illud sensu plane alio vulgo intelligeretur, factũ ẽ ut etiã in N. T. nõ sensu naturali, sed alio illo acciperetur.

Etiamsi vera ẽsset assertio Socinia: nihilominus falsa ẽsset illatio, at ẽ falsissima ẽ in se

1° Electi sane Judæi qui Messiã expectabant eũ proportionaliter ẽ filiũ Dei habebant, pauci tamẽ erant, neq de iis nunc quæ: ẽ.

Quæ: utrũ Judæi qui messiũ huc expectabant Messiã eodẽ m° uterentur nomine appellatione Filiũ Dei ad eũ designandũ quo eũ appellabant Filiũ David - H. falsum ẽ.

a) ne unus quidẽ Pseudo-Messias in tanto numero nomẽ illud sibi usurpavit - Orig. c. Cels. I. 57.

b) in evang: ii qui nondũ crediderant, quando de Messiã loquuntur, nunquã eũ Filiũ Dei appellant, imo h. nomẽ exprobrant Chto - Jo. V. 18. X. 36. XIX. 7. Matth. XXVII. 40-43. 54. Vocant eũ filiũ David, prophetã, ὁ ἐρχόμενος, regẽ Israel, Chtũ s. Messiã.
Ex Jo V. 18 liquet Judæos appellatione filii Dei semper ita intellexisse, ut exprimeret æqualitatẽ cũ Deo q. neq. Messiæ tribuere parati erant.

c) Tunc quæ: Caiphas Matth. XXVI. 63: si tu es Chtus Filius Dei complectitur 2 interrogationes, ut appareret ex Luc. XXII. 66-71

Th. 3. (seq)

etiā ap. Pilatū 2ª criminatio movetur ☐ dixit se Chtū regē esse, Filiū Dei se fecit.

d) Sicut Judæi increduli, cū Chtus filiū Dei se declarat, ita ē discipuli æqualitate cū Deo intelligunt, qua propter procidunt, adorant – etiā diserte distinguunt professionē q. Jesus ē Chtus ab altera, q. filius ē Dei. Act. VIII. 37. –

Inde apparet oīa quæ objiciunt nobis de synonyma significatione appellationū: Chtus ē Filius Dei, mera e vana esse figmenta.

2º Grotius aliiq adversariorum 2ᵘᵐ argument: semi ma assertione imprudente tuentur

a) Jesū etiā ab iis qui negabant ejus divinitatē, appellatū esse Filiū Dei

b) In locis parallelis ~~Δ~~ Jesū tū filiū Dei tū Chtū dici. –

Ad a) nulla profertur locus præter Jo I. 49 ubi profitetur Nathanaël: Rabbi tu es Filius Dei, tu es rex Israel. At

α) nihil demonstrat, Nath: nō agnovisse divinitate Chti. Potuit ille verus Israelita, in quo dolus nō erat, esse unus ex illis, qui Deo illustrante divinitate Messiæ sciebant et revelatione V.T. Præterea quæ Jesus manifestavit se sufficienter tū demonstrata oīscientia sua tū illustratione speciali interna, quæ semper veras comitatur vocationes –

β) nō ē necesse ut distincta asseratur Nath: intelligentia divinitatis Chti: sufficit ut audiverit Jo. Bapt: testante: quià hic ē Filius Dei – Jo. I. 34, postea vero permotus ē gratia ē majestate Chti exclamavit: eundē esse, quē Bapt. filiū Dei dixit, etiamsi nō plane teneret sensū hor verbor.

Utraq explicatio PP habet auctores; utraq excludit ficta illa synonimia

ad b) Petr: ap. Matth: XVI. 16: tu es Chtus Filius Dei vivi, ap. Mar. vero VIII. 29: tu es Chtus.

At neq tria ab ōibus evgistis referuntur neq negamus Chtum ad(quos) scripsit eus: suū Mar: Chtū habuisse filiū Dei. Neqamq id de Judæis illis, qui Messiā mem hoc exspectabant.

Luc. XXII. 66 – 70 nō sunt paralleles – aliis sacerdotes nō ex sua sententia sed ex Chti doctrina interrogationes suas movent.

Th. 4.

Potentia ē operatio div. in ordine tu naturæ tu gratiæ, unā in Deo Patre ē I. Chr. demonstrant divinitate I. Chti.

I. Dubitari nequit quin in Scr. vis creatrix exhibeatur propria unig Dei veri

Is. XXXVII. 16. XLIV. 24. XLVIII. 12. 13.

Cuicunq. igitur virtq ea actioq tribuuntur, is verq ē Deq vō ē ante aliq preter unū Deū.

„Ego solq ē nullq mecū," dixit Domq".

Jā vero 1° diserte Paulq nos docet, Deū æternū, qui in principio cœlū ē terrā creavit, ene Dei filiū, qui nobis locutq ē novissimis diebq ē factq ē frater eorū quos sanctificavit.

Hebr. I. 10 sq. I. 2 sq. II. 11 sq.

ubi verba citantur ps. 101 (102)

Coloss. I. 16 sq. dicitur I. Chr. is ene in quo ē per quē condita sunt universa in cœlis ē in terra, visibilia ē invisibilia ē in quo oīa constant.

Ipse listq Domq sipotentia suā declarat eandē cū Patre - Jo. X. 28 sq : Pater meq q. dedit mihi, majq oībq ē, ē nemo pō rapere de manu Patris mei.

affirmat unitate eandē ops. Jo. V. 17 sq.

Pater meq usq ū° operatur ē ego operor ...
quæcunq ille fecerit, hæc ē filiq similiter facit ..
sicut P. suscitat mortuos ē vivificat, ita ē F. quos vult vivificat ...

negative vero eandē sententia ita exprimit:

nō pō F. a se facere quidquā, nisi qđ. viderit P. facientē

unitas aute hæc in operatiōe procedit a communicatione

P. enī oīa demonstrat ei, quæ ipse facit.

Verba quæ ego loquor vobis, a me ipso nō loquor: P. aute in me manens, ipse facit opera.
Nō creditis mihi, quia ego in P. ē P. in me ē ?

Jo. XIV. 10 sq.

unde recte S. Greg. Naz (or. 30. n. 11 al. 36) : nihil igitur (sc. absoluti) ē propriū, quia oīa communia, quia ipsū ene commune ē ē æquale, quamvis Filio sit a Patre

P. confirmari pō locutionibq Chti Dōi quæ tanquā synonymas habet:

si quid petieritis P. in nomine meo, h. faciā, ut glorificetur P. in F. — Jo. XIV. 13. 14.

si quid petieritis me in nomine meo, h. faciā. — XV. 16.

si quid petieritis P. in nomine meo, dabit vobis — XVI. 23.

II. Testimonia quæ unitatē actionis ē perfectionū in P. ē F. exhibent, demonstrant quoq Ctū ordinis supernaturalis auctorē, q. speciali explicatione elucidari pō

Solq Deq verq ē vita, veritas, oīū gratiar plenitudo. Hæc oīa quæ nō possunt nisi de uno vero Deo prædicari ē Ctq q̄ae de se ē discipuli de Cto oībq credenda proponunt

1° Dicit se Ctq viā ē veritatē ē vitā - Jo. XIV. 6. sq.

Sicut P. habet vitā in semetipso, sic dedit ē F. habere vitā in semetipso - Jo XI. 26.

Ergo recte dicit Apo: q. in Cto
inhabitat oīs plenitudo divinitatis corporaliter Colon. II, 9.

Quæ Apo: expressio optime explicatur verbis D. Jo. q. Ctq „vita manifestata ē

„ē vidimq ē testamur ē annuntiamq vobis vitā æternā, quæ erat ap. Patrē ē apparuit nobis", Jo. I. 1 sq.

Hæc vitæ ē veritatis plenitudo ē principiū oīs perfectionis in ordine supernat: Ic. Ctq constanter de se asseverat

Ego sū resurrectio ē vita, qui credit in me, vivet..
ego sū panis vitæ
ego sū lux mundi

similia Apo: de Cto prædicat
Ctq.. vita vestra
vita in Filio ejq ē
qui habet Filiū, habet vitā

2° Ctq nō secq quā P. mittit discipulis Spiritū veritatis

Sp. S. quē P. mittet in nomine meo, ille vos docebit oīa Jo. XIV. 26
ego mittā vobis a P. Sp. veritatis XV. 26

De relatione Sp. S. ad F. vide præterea Frz. 31. 32.
Atqui solq Deq mittere Sp. pō qui doceat oēē veritate

Th. 5.

Sir: cultu divinu J. Cto vindicat.

I. Ctq Domq æquale sibi cu P. honorē postulat ē Sir. idē vindicat.

Fundamentu ante oēs veræ sancq religionis ē, ut soli Deo honor reddatur.

„Ego Domq, h. ē nomē meu, gloriā meā alteri nō dabo" Is. XLII. 8.

Deut. X. 20. Ps. LXXXV. 8 sq.

H. principio pietatis nō obstante Ctq Domq postulat, ut oēs honorificent Filiu, sicut honorificant P. – Jo. V. 23.

Analoga vero comparatio excluditur tu verbis ipsis tu contextu, nā reprehendit Domq Judæos, fidē ē honorē recusantes; quia P. suu Deu diceret seq æqualē faceret Deo, excluditur tandē universæ Sir: doctrina, asserentis ubq Cto æqualē cu P. ē honorē ē adorationē in cœlo ē in terra

Phil. II. 10. Rom. XIV. 10 sq. Hebr. I. 6. 2 Petr. III. 18. Apoc. V. 13.

unu ē regnu Dei P. ē J. Cti – Eph. V. 5. Apoc. XI. 15. XII. 10.

unq thronq Hebr. I. 13.

una claritas Apoc. XXI

iidē sacerdotes Apoc. XX. 6.

II In specie postulatur J. Cto cultq supremq fidei spei caritatis

a) sicut in Deu, jubemur credere in Dei F. J. Ctu.

Creditis in Deu ē in me credite. Jo XIV. 1.

Fides in Filiu Dei fundamentu ē remissionis peccator, justificationis vitæ æternæ – qui nō credit, jā ē judicatq – Jo. III. 18. 36. VI. 47. XI, 25. Act. X. 43.

Cognitio Patris ē Filii æquo uo necessaria ē ad vitā æternā Jo. XVII. 3.

Diversa etiā erat ratio nuntior novæ doctrinæ ē Cti qui ipsq nō nuntiq, sed auctor ē – aliis credend erat ē id q. prædicabant, at solq Ctq ēs erat, cui quē credend erat.

Hinc Joa: baptizavit dicens in eu – Act. XIX. 4.

Ctq docens erat sicut potestatē habens – Matth. VII. 29.

De quo discrimine Cti ē nuntior hæc habet Iren. IV. 36.

„F. quidē quasi a P. veniens principali auctoritate dicebat: ego autē dico vobis, servi autē quasi a Deo serviliter ē propter h. dicebant: hæc dicit Domq."

Cf. Tert. de carne Cti 14.

b) Pariter dicitur Jesus „spes nostra" 1 Tim. I. 1.
Ita autem est spes nostra ut non sit aliud nomen in quo oporteat nos salvos fieri – Act. IV. 12.
Neque solum spei nostrae est motivum et ratio est, sed etiam spei nostrae obj: ultimum est, ultimus finis.
1 Jo. III. 2-3:
De quibus verbis plura cf. Frz. 36.
c) Denique Christus obj: dilectionis proponitur, quae est supra omnia
Primum et maximum mandatum est: Audi Deus tuus Deus unus est et diliges Dominum Deum tuum **ex toto corde tuo** ... Mar. XII. 29-30.
Ita Christus non solum conjungit dilectionem ~~sui~~ ergo se et P. mansionem suam et P. sed expresse postulat amorem sui supra omnia: qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus ... Matth. X. 37.
Hinc fideles jubentur
„omnia facere in nomine Domini J. Christi" Col. III. 17
– non sibi vivere, sed Christo – 2 Cor. V. 15
Apostolus: h. unum desiderat, ut nihil eos separet
a caritate Christi – ubi perinde est si nostram erga Christum cum PP. ac Christi erga nos caritatem cum Toleto intelligas)
quae caritas eadem est ac
caritas Dei in Christo J. D. N. Rom. VIII. 35. 39.
d) Ea quae protulimus in hac th: egregie confirmantur formula initiationis baptismalis „in nomine P. et F. et Sp. S." tum in se spectata tum collata cum altera formula Act. II. 38. VIII. 16. X. 48. XIX. 5 ubi fideles dicuntur baptizati in nomine Domini Jesu – de qua re cf. Frz. 38.

Th. 6.

De diserta divinitatis Jesu Chti praedicatione in SS. Scripturis.

I Non ~~adhibemus~~ comperamus –, nisi ea testimonia, quae in V. T. sine ullo dubio referuntur ad Deum Israel, in N. T. praedicantur de J. Chto. –

—

Ps. 96 Dominus regnavit, exultet terra etc.... Adorate eum omnes angeli ejus etc.... Quoniam tu ~~Dominus~~ altissimus super terram ....

Describitur verbis magnificis, ut videre licet, apparitio Dei in orbe terrarum, Domini altissimi super omnem terram.

Jam ab Apostolo docemur, illum, cujus apparitio hic describitur, esse Filium Dei.

Hebr. I, 6: et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.

Apostolus nimirum dicit, Deum ut psalmi auctorem principalem describere ingressum primogeniti sui in mundum hancque primogenitum jubentur omnes angeli adorare.

Evidenter ille, qui in ps. describitur, est J. Chr.

—

Malach. III, 1: (Deus loquitur) Ecce ego mitto angelum meum et praeparabit viam ante faciem meam. At Chtus et Evang: aperte declarant, illum, ante cujus faciem angelus mittitur, esse J. Chr.

Marc. I. 1, 2. Initium evangelii J. Chr. F. D. Sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te." Quibus verbis Jo. Bapt. declaratur viam praeparavisse ante Deum, qui est J. Chr.

Quod in V. T. minori, id in N. T. majori cum distinctione enunciatur, sicut conveniebat prophetiae adimpletae. In V. T. affirmatur unitas div. naturae, Deus mittit ante faciem suam.. in N. T. indicatur etiam distinctio personarum, ille enim cui appropriatur missio angeli, distinguitur ab eo, ante quem missio fit: ego mittam ante te – uterque tamen est idem unus Deus יהוה

—

Jo. XII, 37. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum – quam rem conquestus Ev. affert seq. praedicationem Isaiae, circa incredulitatem hanc: Domine, quis credidit auditui nostro? – subdit evang: haec dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est de eo – Quae verba spectant visionem, quam vidit Isaias anno, quo mortuus est Osias, nimirum, gloriam Domini sedentis super solium excelsum ..... Sanctus, S. S. Dominus Deus exercituum ....

Apud Jo. evidens est, genit. ejus referri ad Jesum, cui non crediderant Judaei – vidit itaq propheta gloriam Dei Exercituum יהוה צבאות Jo. autem testatur, hunc ipsum, de quo loquitur Is. esse J. Chr. —

II. Nunc N. T. appellamus testimonia, quibus per se spectatis, non secus ac praecedentibus, J. Chr. Deus praedicatur.

Hebr. I. 8: ad Filium autem: thronus tuus, Deus, in saeculum saeculi; commemorat autem apost. ps. 44. 7 – quidquid de psalmo ipso sentiendum est, liquet apostolum, vocativum „Deus" referre ad Chum – hoc etiam constat ex omnibus antiquis interpretibus – non sunt igitur audiendi rationalistae, explicantes: thronus tuus est Deus – vel Deus firmabit thronum tuum – seq. thronus tuus Dei –

—

Jo. XX, 28 respondit Thomas et dixit ei: Dominus meus et Deus meus – sermo est de apparitione Domini post gloriosam resurrectionem suam – Theod. Mops. et Nestor. verba Thom. interpretabantur veluti exclamationem ad Deum, qui Christum suscitavit a mortuis – qui cavillus directe condemnatus fuit in Conc. V act. 8 c. 12 – Animadvertimus defensionis causa, quae fere inutilis est: 1° Thom: alloqui Chum praesentem 2° pronuntiare fidei professionem – ut liquet ex seq. „quia vidisti me Thoma, credidisti" –

—

Tit. II. 13. Exspectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et Salvatoris nostri J. Chr.

partic. „et" non duas personas disjungit sed duo unius personae jungit praedicata – patet tum ob articulum (graec. non repetitum ante membrum alterum, tum ob omissum et in vers. aeth. et apud Facundum Herm. – tum ex vers. syr. ubi signum genitiv. non repetitur ante membrum posterius, quod fuisset necesse, si duae intelligerentur personae – tum quia adventus, ἐπιφάνεια semper de Chto enunciantur, de Deo P. non item – unde apparet Js Chr. ipsum Deum magnum ab apostolo dici.

1. Jo. V. 20. Et scimus quoniam Filius Dei venit et dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum et simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus et vita aeterna.

Ultimum incisum evidenter referendum est ad Filium – quia scopus S. Jo. in scribenda hac ep. quae veluti introd. est ad evang. est. non erat demonstrare Patrem esse verum Deum, sed F. Comparanda est conclusio epistolae cum initio ejus: „annuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud P. et apparuit nobis – praedicata vita, vita aeterna frequenter a Jo. adhibentur, sed semper de J. Chr.

Deniq. pronomen hic, οὗτος non habet, praeter Filium, quo commode et apte referatur.

Rom. IX. 5. Ex quibus (Israelitis) est Chtus sec. carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula –

Haeretici voluerunt perversa interpunctione evidentiam hujus testimonii subruere – quod ipsis haud feliciter successit.

Th. 15.

De perpetua et perfectissima virginitate Matris Dei.

Dogma de virginitate Matris Dei duo dicit:
1° Deum Verbum secundum humanam naturam, operante Sp. S. ex ea manente virgine conceptum esse;
2° in partu ipso et post partum semper remansisse B. Mariam virginem.

I. Modus conceptionis J. Chti ita ab evangelistis describitur, ut appareat, eum absque viri opera genitum esse ex .. matre per virtutem Sp. S. fecunda.

Matth. I. 25: non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum.

Donec non significat, quod post partum eam cognovit, ut blasphemabant haeretici, sed S. Matth. non sine scopo aliquo polemico, significare vult quid ante partum factum sit, non quid post partum. Ita PP. Epiph. Hieron. Aug.

Simili modo donec vel usque

Ps. 109, 2. Sede a dextris meis, donec ponam etc.
Matth. 5, 26. Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.
Gen. 8, 8 non revertebatur (corvus) donec siccarentur aquae
2 Reg 23. Michol filiae Saul non est natus filius usque in diem mortis suae.

Evangelistae non solum declarant operationem Sp. S. et excludunt naturalem conceptionis modum sed verbis disertis et directe totum virginitatis decus integrum servatum esse demonstrant.
Nam et verba angeli ad B. Virginem apud Lucam et appellatio ad prophetiam Isaiae ap. Matth. (quam facit angelus B. Joseph) debent intelligi sensu composito.

II. Virginitas integra servata fuit in partu. Agitur hic de virginitate materialiter spectata.
1° In Scriptt. locus princeps est vaticinium apud Is. 7, 14. Ecce Virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen ejus Emmanuel.

a) Oraculum refertur ad Christum et Virginem matrem.
Nomen Emmanuel designat rem et intrinsecam rationem illius, qui praedicitur –
nemo umquam in Scr. hoc nomen gessit
dicitur is esse, cujus est terra Israël, h. e. Messias
ubi non potest sermo esse de Ezechia, filio regis Achaz, qui tum jam novem erat annorum adolescens.
S. Matth (quod solum sufficit) vaticinium hoc refert ad nativitatem Salvatoris

b) Mater Emmanuelis vocatur Virgo cum articulo, ἡ παρθένος, hâalmâh – sed in locis, ubi vox haec legitur, semper virginem significat. Neque hoc loco aliud quid significare valet, nisi tota oratio inepta sit, annuntiatur enim prodigium inauditum.

c) Verba: ecce Virgo concipiet et pariet intelligenda sunt sensu composito, tum apud Is. tum apud Matth.
Hebr. Ecce illa Virgo praegnans et pariens
Narratio S. Luc. est ipsa applicatio istius vaticinii.

2° Exhibetur revelatae doctrinae intellectus cath.

a) in omnibus symbolis professio fidei est in J. Christum, qui natus est ex Maria V. –
hinc per omnes aetates inde a PP. apostolicis (S. Ignat.) mater Dei constanter salutatur Virgo, semper Virgo, Virgo mater.
ἀειπαρθένος, παρθενομήτωρ

b) Jovinianus affirmabat: virginem concepisse, sed non virginem generavisse – tamquam catholici Christum cum Manichaeis phantasma crederent, si matris incorrupta virginitate dicunt exortum (Aug). Cujus haeresis damnata est in Rom. Concilio sub Siricio Pp. labente saec. IV iterumque Mediolani (Ambros. ep. 42)

c) Communis fuit PP doctrina, virginitatem mansisse quoad essentiam illaesam, modum autem conservationis fuisse perfectum ita ut sine ulla virginei corporis laesione aut affectione div. infans a matre bf. in lucem sit editus.

Videtur hoc prodigium ita explicari posse, ut participatio aliqua proprietatum, quales habent corpora glorificata, corpori virginali matris a filio communicata esse intelligatur, non habitualiter, sed transeunter in ipso partu et ad hunc scopum. Ita PP.

S. Paul. corpus glorificatum spiritale appellat πνευματικὸν σῶμα, cujus inter qualitates praecipua ἀφθαρσία est, incorruptio

ita „editio Chti in lucem" dicitur origo spiritalis apud S. Leo. – vel: virgo spiritaliter peperisse (homil. in nativ. Dom. inter opp. Chrys.)

—

Sicut corpus post resurrectionem non desinit verum corpus esse, quamvis eas possideat qualitates, quas propter vocatur spiritale, ita partus ex matre V. verus fuit partus, sed corpori matris communicatae fuerant qualitates supernaturales, ut infans sine laesione et corruptione Virginis matris in lucem ederetur. Potest ergo merito nativitas illa dici „origo spiritalis" ipsaque mater „spiritaliter" peperisse.

Sin autem aliquando, adhibita locutione biblica, PP. filium purissimae matris dicunt vulvam aperuisse, veritatem tantummodo nativitatis significare volunt, non autem naturalem nativitatis modum.

Quoad doctrinam PP. de conservatae virginitatis modo, ipsa est luculentissima

α) distinguitur conservatio virginitatis in conceptione ejusdem integritas in partu

Concil. Mediol. (Ambros. ep. 42) Haec est Virgo, quae in utero concepit, Virgoque peperit; sic enim scriptum est: ecce Virgo in utero accipiet et pariet filium: non enim concepturam tantummodo Virginem, sed et parituram Virginem dixit.

β) diserte multis in locis conservatio virginitatis in partu declaratur

γ) frequentissime comparatur partus Chti cum ejus resurrectione vel ingressum per clausas januas.

δ) dicunt modum nativitatis esse „dignum Deo nascente mysterium", esse modum „ineffabilem" –

ε) illustrant prodigium comparationibus, ductis ab oculo, in quem sine laesione incidit radius ut nascatur imago

a mente, quae sine corruptione verbum exprimit

a manna, quod purissimum manens, saporem suavissimum exhalat

ab epistola, quam obsignatam Deus ipse scripsit et quae quin sigillum solveretur lecta est –

III. Perpetuitas virginitatis BB. Matris Dei.

1° constat ex multis saeculis illam perpetuitatem veluti fidei dogma in Ecclesia praedicari

2° in totius christianae antiquitatis professione, in symbolis, liturgiis etc. semper Mater Dei appellatur Virgo, semper Virgo

3° Saec. IV – Helvidius, Jovinianus, Bonosus in Illyrico Ep. (Sardicae) et antidikomarianitae docentes S. Mariam post natum Salvatorem alios liberos ex S. Joseph. suscepisse, omnes damnati sunt haereseos

Ambrosius refellit Bonosum tamquam sacrilegum (de instit. virginis 5–9)×

Siricius (?) Pontf. perfidiam Judaeorum doctrinam ejus appellat – in ep. qua judicium de Bonoso committitur epp. Illyrici

Hieron. c. Helvid. appellat „scelus ac blasphemiam" itemque alii multi

Haec sufficiunt, ut B. Mariae perpetua virginitas, etiamsi in Scriptt. non contineretur, pro doctrina revelata ac tradita Ecclesiae a Spr. S. per apostolos habenda sit

Verum nonnulli Scriptt. loci evidenter idem declarant, ut mater Emmanuelis ab Isaia proph. ad modum excellentiae virgo appellata.

×) Haeretici objic:

1° nomen „mulieris" (nuptiae in Cana Gal:)

resp. Ambr: non corruptelae, sed sexus nomen est – addit Evam in paradiso, viro non cognitam, vocari mulierem –

2° antequam convenirent, inventa est in utero habens

Ambr: Consuetudo div. Scripturae ea est, ut causam quae suscepta est, adstruat, incidentem differat." –

3° non cognovit eam, donec peperit Filium etc.

de usu donec partic. vide superius –

4° de fratribus domini

Ambr: fraternum nomen liquet pluribus esse commune

Ambr. fieri nec poterat, ut quae Deum portaverat, portandum hominem arbitraretur –

alterum argumentum petit ex commendatione matris facta Dilecto discipulo sub cruce

„quomodo marito uxorem tolleret, si fuerat Maria mixta conjugio, aut usum tori conjugalis agnoverat"

.... eademque postea Joanni Evangelistae est tradita conjugium nescienti"

Id. c. 8: bona porta Maria ... transivit per eam Christus, sed non aperuit. –

ut certa dominae voluntas servandi virginitatem integram, ap. Luc. quam ex concepto voto interpretantur theologi – quibus addenda est revelata in Script. doctrina de virginitate in conceptu et partu Salv. – dignitas matris Dei – denique commendatio matris facta Joanni –

quae omnia si perpendantur et negativum illud argumentum desumptum ex silentio Scriptt. de nuptiarum usu et Mariae filiis, sane perpetua virginitas in Scriptt. ipsis revelata censeri debet.

Coroll. 1. Ex eo, quod hic homo est verus Deus, sequitur, nihil ~~peccati~~ originalis in eum transire potuisse. Praeterea

licet Christus secundum carnem genitus sit per veram generationem maternam, quia tamen insita naturae efficacia ad sui propagationem hic nullum locum habuit, totaque efficientia ex Spiritu Sancto est, caro Christi est quidem caro derivata ab Adamo, spectata tamen sola origine, nullo modo est caro peccati.

Quod arguunt PP. ex verbis B. Paul. ad Rom. VIII. 3 Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati – Inde

1° Magnum est discrimen inter praeservationem matris a peccato originis et repugnantiam quidem peccati cum nativitate Filii. – Mater secundum modum propagationis obnoxia fuisset peccato, nisi ex abundantiori redemptione (Bulla „Ineff.") et singulari privilegio donum gratiae ejus animam, quando infundebatur in corpus, praevenisset. In qua sanctificatione duo habentur

a) ~~ut~~ ne anima, infusa in corpus, propagatum secundum concupiscentiae legem, inficeretur peccato

b) ut ex carne Mariae virtute Sp. S. formaretur caro Christi –

Unde multi ex antiquis vel solum Christum.

liberum a peccato orig. dicunt vel directe B. Virginem ei obnoxiam fuisse declarant.

2° Ctus secundum carnem non fuit eodem modo in lumbis patrum quo alii homines, excepta B. Virgine Matre: fuit tantum secundum carnem, quae bona est creatura, non autem secundum modum propagationis ex concupiscentiae lege, quae secundum alii omnes ibi erant.
Sic in lumbis Abrahae secundum carnem et Levi et Ctus, sed Levi secundum concupiscentiam carnalem, Ctus autem secundum solam substantiam ~~[illegible]~~ corporalem.

3° Ctus non fuit in lumbis Abrahae secundum eam rationem, secundum quam Levi ibi fuit et in Abraham decimatus est, coram Melchisedech. Hebr. VII. S. Thom. 3 qu. 31 a. 8

4° Maria non fuit aliter in patribus nisi ut in causa generante, et per illam mediate et ipse Ctus secundum carnem in semine patrum. S. Thom. 3 qu. 31: a. 6.

5° cum dignitate maternitatis divinae proxime nexa est praeservatio matris a peccato originali neque cum ejus puritate peccatum consistere potest.

Coroll. 2. Filius naturalis ejus est, a quo habet naturam per generationem communicatam. Ctus naturalis est Filius Dei P. secundum div. naturam, filius Virginis secundum humanam naturam. non autem est filius Sp. S. vel SS. Trin.

Formulis de (ex) Sp. S. in symbolis designatur causa supernaturaliter efficiens, non vero principium ex sua substantia generans.
S. Th. 3 qu. 32. a. 2.

Inter partic. de et ex nullum est discrimen. graec. ex. per „de" non indicatur consubstantial. Filii cum Sp. S. quia secundum div. naturam est Sp. de Filio, non Filius de Sp. S. standum est texto graeco.

Sectio III
De modo quo humana natura Verbo unita sit.

Cap. I
De ontologica unitate Christi Dei-hominis.

(Th. 16 – 21)

De unitate Cti Dei et hominis ex doctrina Script.

In praecedentibus duo haec demonstrata fuere:
1° Ctus, qui in terris conversatus est, nemine dubitante, quia verus esset homo, tum ipse tum per testes ac legatos suos revelavit se esse Dei filium et verum Deum.
2° Idem, qui ex div. revelatione verus Deus, demonstratus est etiam verus homo tum rebus tum verbis: h. e: totius vitae manifestationibus atque aserta doctrina.
Utraque series propositionum demonstrata est de eodem subjecto, Jesu Nazareno.
Plena sunt Evangelia reliquaque N. T. documenta demonstrationibus hujus unitatis.
Sufficit, ut expendatur locus S. Joan: Verbum caro factum est.
Verbum est Deus aeternus, Filius unigenitus.
Hic Deus V. dicitur in tempore factus esse caro ita, ut per hanc secundam nativitatem ipse Deus V. coeperit caro esse.
Caro hic significat naturam humanam, per modum concretum = homo
Ergo Deus V. dicitur in tempore homo factus esse, homo ille, de quo scripsit Jo. Ev.
Deus V. factus est homo ita, ut verum sit: Deus est homo - hic homo est Deus
Ergo non alius est Deus et alius homo, sed unus simul et Deus et homo est.
Gal. IV. 4. Filius proprius Patris missus a P. dicitur factus ex muliere i. nascendo
Verbum nasci, si materialiter et secundum grammaticam sensus ejus perpenditur non significat:
Verbum desinere esse Verbum, neque mutari in humanam naturam neque hanc in Verbum mutari, quia tum non esset verum, Verbum nasci hominem.
Intelligenda igitur propositio illa hoc est sensu, ut Verbum absque sui mutatione per generationem ex Virgine insumpsit et suam fecit naturam humanam ita, ut manens Deus simul sit verus homo.

Idem manet sensus, si vox fieri accipitur vel pro nasci vel simpliciter, abstractione facta a modo quo caro factum est nascendo.

De triplici sensu vocis fieri in creatis v. App. 1.

—

Cum Jo. I, 14 conferendus est Phil. II. 6. 7.

qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo.

Ubi is qui existit in forma Dei aequalis Deo dicitur se exinanivisse, non deposita forma Dei sed ita, ut manens in forma Dei, acceperit formam servi.

—

Eadem unitas subjecti declaratur, quoties Deus v. ea agere pati ve dicitur, quae non possunt nisi per naturam humanam praestari, aut vicissim de homine Jesu attributa Div. enuntiantur, tanquam ejus propria.

Dominus gloriae est crucifixus ~~Rom. IX, 5~~ 1 Cor. II, 8

auctorem vitae Judaei interfecerunt Act. ~~XX~~ III, ~~28~~ 15.

vita, vita aeterna, quae erat apud Patrem, apparuit apostoli eam viderunt oculis suis, et contrectaverunt manibus suis 1 Jo. I. 1. 2.

Vicissim

Filius hominis descendit de coelo, qui est in coelo Jo. III. 13

antequam Abraham fieret, ego sum Jo. VIII, 58

(ubi loquitur de se, prout est hic homo, nondum quinquaginta annos habens)

Fieri in creatis

Frz. de inc. th. 16.

Agitur de loco S. Joan. I, 14: et verbum caro factum est
In creatis tripliciter aliquid fieri vel factum esse dicitur:

1° improprie qui incepit esse simpliciter: Titius factus est homo. –

2°: conversione substantiali, ut desinat esse quod erat et incipiat esse aliud (aqua facta est vinum)

3° aliquid substantialiter manens idem incipit in se novam aliquam qualitatem (sapiens) aut saltem relationem (praetor). Prior mutatio est accidentalis, altera potest esse sine aliqua intrinseca mutatione.

Duo priores modi non cadunt in rationem, qua Verbum aeternum factum est caro; tertius in posteriori forma aliquam prae se fert similitudinem ~~quippe~~ nam ~~quum~~ Verbum factum ~~sit~~ est aliquid absque ulla sua mutatione. Attamen major est dissimilitudo, quoniam id, quod factum est, non accidentale quid est, sed substantiale

Unitio substantiva

Id. ib. th. 20. οὐσιωδῶς, κατ' οὐσίαν, κατὰ φύσιν

1° ratione terminorum qui uniuntur et qui sunt substantiae – potest esse, quin existat unitas substantiva, ut Sp. S. secundum substantiam (οὐσιωδῶς) unitur filiis adoptivis. Tum unitio talis solum materialiter dici potest substantiva, ut etiam formaliter talis existat

2° requiritur, ut non solum termini ex quibus verum etiam terminus qui sit unum substantiale. Hoc erit vel

a) una natura integra ex substantiis partialibus, ut natura humana

vel b) una hypostasis, licet naturae unitae maneant plures distinctae. Tum existit unus habens ut suas plures naturas

3° Talis unitio non potest fieri per se et secundum aliquod accidens tantum, ut e.g. amici sunt anima una. In anima justi quamdiu est viator Deus fit secundum suam substantiam immediatum objectum fidei, spei, charitatis,[x] sed anima Deum attingit actibus vitalibus elevatis, ita ut unum fiat physice et realiter cum donis a Deo communicatis, non tamen cum Deo. —

[x] objectum autem visionis et fruitionis in caritate, quando erit comprensor

De eadem unitate Dei hominis ex symbolis fidei.

I. Supponimus fideles omnes ac doctores in symbolis per professionem "Filii Dei Dni nostri" intellexisse semper naturalem, aeternum Dei Filium, unum cum Deo Patre.

Nunc solam consideramus unitatem subjecti in Filio Dei, qui idem est homo Jesus.

In symbolis semper est professio „in Deum Patrem et in J. Chr. Filium ejus unicum"

ubi orientales adjicere solebant in unum J. Chr. (vel D. J. Chr.), ut excluderetur sensus quicumque haereticus, Romae id non erat moris, quod neque haeresis ulla ibi sumpsit exordium (Rufin.)

Haereses autem, excludendae per vocem illam „unus" solvebant Jesum, dicentes alium esse Deum Verbum, alium hominem.

Symbolum autem profitebatur unitatem hominis et Dei.

Inde exprobrabant Cath. Nestorianis, induci contra symboli professionem quaternitatem pro Trinitate, dum in duos creditur, alterum Filium Dei naturalem alterum, conjunctum cum eo hominem.

Dicunt hoc expresse Epp. Africani (cum August.) in epistola, quacum Leporium remittunt ad Epp. Galliae „non recta quaedam sapiebat, negans Deum hominem factum, nec videns, quartam se subintroducere in Trinitate personam" quod a sanitate symboli catholicaeque veritatis prorsus alienum est" ipseque Leporius accusationem eam confirmat in „libello emendationis"

Monophys. objiciebant catholicis, quaternitatem invehi in divinis, nisi unus credatur J. Chr. ita ut etiam una sit ejus natura.

Resp. catholici, Chum utique esse unum, ne in quaternitatem incidamus, sed unum eundemque D. Filium incarnatum et Deum esse et hominem, unde in symb. non quaternitatis exhiberi professionem,

Petav. V. 10.

sed Trinitatis, quia tres personae, non autem naturae numerantur.

Etiamsi non addatur, Graecorum more, „unius" expressamentio, nihilominus idem permanet sensus.

Eutychiani calumniabantur S. Leonem Pp. tamquam omissa vocula illa aut negaret unitatem J. Chr. aut non satis declarasset.

Unitas enim sufficienter demonstratur ex attributis quae uni eidemque tribuuntur. Relativum qui in graecis autem participium aperte indicant, omnia illa praedicata quae evidenter hominem demonstrant referenda esse ad Filium Dei unigenitum.

II. Hoc sensu semper symbola intellecta fuisse, demonstrat praesulum Ecclesiae unanimis consensus, qui variis in conciliis (Ephes. Chalced. Conc. VI.) tum contra Nestorium tum contra monothelitas aliosve haereticos constanter declararunt non esse fidem alteram conscribendam praeter editam illam a PP Nicaenis eamque pium et orthodoxum symbolum sufficere ad perfectam orthodoxae fidei cognitionem. –

Item PP ipsis symboli verbis usi sunt ad haereses condemnandas.

Athan. c. Apollin. Cyrill. c. Nestor. S. Leo c. Eutychen

Th. 18.

De unitate Dei hominis ex regula fidei penes PP. vetustissimos.

I S. Irenaeus, vir plane apostolicus quum cetera doctrinae christiane capita tum Incarnationis mysterium sec.
fidei regulam declarat adversus Gnosticorum sectas, quorum sec. nullam sententiam Verbum caro factum est." Et
autem fides ea „in unum J. Chr. F. Dei incarnatum pro nostra salute" ~~quam~~ [unitatem Verbi hominisque Jesu] et multis declarat et ex Scripturis de-
fendit. Blasphemum dicit Irenaeus duas in Cto statuere substantias per se subsistentes s. duas hypostases, unamque
affirmat hyp. divinae et humanae assumptae naturae in Cto, quae est ipsa formula a Cyrillo ceterisque deinceps PP. ac Conciliis contra Nestorii divisionem consecrata.
Aeque atque Irenaeus, Tertull. quoq ex eadem regula fidei, qua creditur Verbum caro factum esse in utero
Virginis Mariae, demonstrat omnium fidelium ii ineuntisque saec. iii consensum circa unitatem Cti
Dei-hominis. Neque aliud quid [Orig.] docet in procemio ad libb. de Principiis, ubi compendium exhibet cath.
doctrinae. Idem eluet ex condemnatione Samosateni, cujus occasione in Conc. Antioch. propositum fuit
symbolum „in quo omnes cath. Ecclesiae consentiunt" sc. Filium Dei et hominem J. Chr. esse unum eundemque.
Eadem fides universalis in Ctum, qui et Deus et homo est, demonstratur ex gentilium atque Judaeorum
incriminationibus, collatis una cum responsis, quibus Ctiani se defendebant. x x

Th. 19.

I Unitatem subjecti qua unus idemque et Deus et homo est, PP. priorum saeculorum unanimiter profe-
runt tamquam veritatem, de qua nulla sit dubitatio inter Ctianos, indeque tamquam optimo jure de Verbo
post incarnationem praedicant, quae non possunt esse nisi veri hominis, vicissim de hoc homine enunciant
~~praedicatta~~ enuntiant, quae non conveniant nisi Deo. Quod quam semper faciant, etiamsi nullus adsit
scopus polemicus, luculentius adhuc affirmant, quotiescunque agunt contra haereticos.
II. Idem apparet ex modo quo explicant Incarn. mysterium comparate ad Trin. In Deo enim unitatem
naturae distinctionemque personarum hoc modo declarant, ut dicant, non esse aliud et aliud, esse tamen
alium et alium; inverso ordine negant in Cto esse alium et alium, sed unum esse aliud et aliud,
qua locutione nihil aliud sibi volunt, nisi identitatem personae in duplici natura subsistentis. —

Excerpta Frzl.

Paulus Samosatenus (Th. 18)

saec. III

cui consona fuit Nestorii haeresis (saec. V) quamvis ille ab hoc dissenserit in multis circa Trin.

Verbum dum est in P. s. ἐνδιάθετον, non distingui a P.; dum protenditur adextra, προφορικόν, esse sapientiam virtutemq Dei a P. distinctam, non tamen subsistentem. Ctum esse merum hominem (postea idem doc. Photin.) in quo virtus illa et sapientia Dei s. Verbum prolaticium, habitaverit; personam igitur Cti non extitisse realiter ante Mariam neq dici aeternam posse nisi in praescientia Dei; alium esse Ctum hominem aliudq. Verbum, quod ad eum protendebatur inq ipso habitabat.

"Samosatenus Ctum hominem dicit, qui sit alius a Verbo" S. Athan.

Contra hanc haeresim propositum fuit symbolum in epist. Epp. Conc. Antioch. in quo „omnes cath. Ecclesiae consentiunt" cujus haec sunt capita praecipua:

1° Filius Dei praedicatur in V. N. &. T. non praedestinatione sed essentia et hypostasi Deus

2° Filius est unus ille Deus, qui est Deus super omnia benedictus

3° Hic Filius per incarn. homo factus est

4° Ctus quatenus Ctus, haec persona quae homo est, est Deus aeternus, neq alius est Deus aeternus, alius homo (contra ac statuebat Samos.)

Excerpta Frzl.

Franzelin de inc. th. 20.

De ontologica unitate Cti secundum doctrinam Patrum ante haeresim Nestorianam et de propria notione unionis humanae naturae cum Verbo.

—

Unitio humanae naturae facta cum Verbo et unitas inde constituta Cti Dei-hominis est substantiva non solum ratione terminorum qui uniuntur, sed formaliter, quia substantiae ipsae in se non autem secundum aliquod accidens uniuntur, ut olim putabat Nestorius neque per mutuos actus et influxum unius in alterum ceu dynamice, ut nostra aetate Güntheriani tam de unione animae rationalis cum corporea natura, quam de unione Verbi cum homine J. Cto commenti sunt.

Uniuntur ita, ut Verbum homo substantive unus existat, h.e. ut ille, qui secundum aeternam naturam est Deus, unus idemque per substantialem naturam in tempore assumptam sit homo.

I. A PP. et Conc: adversus Nestorium, exclusa unione accidentali, qualis esse potest inter duos qui neque natura unum neque subsistentia unus sunt, docetur atque asseritur unitas substantialis, qua non quidem alius et alius unum sunt natura, sicut in SS. Trin. sed unus est suis naturis aliud et aliud, Deus et homo.

Hanc mirabilem unionem S. Cyrillus vocat secundum hypostasin; vel etiam physicam, κατὰ φύσιν. Quae formula dogmatica post Cyrillum ex definitionibus Concil. Ephes. Chalced. Syn. V. VI. et communi ac solemni usu PP. et Ecclesiae adoptata est in tesseram orthodoxae fidei, ut antea consubstantialitatis nomen in mysterio SS. Trin.

Nec autem primus Cyrill. usus est formula ea, sed antiquiores jam PP. idem dogma tum formulis aequipollentibus tum iisdem verbis expresserunt.

1° una persona, cujus duae sunt naturae

Iren. Tertull.

Aug: istum hominem unam personam cum Deo
Enchir. 36.

Basil: res enim duas in una persona tradit Scripturarum doctrina - c. Eun. IV. p. 155.

2° Unitatem Chti esse substantialem et secundum rem ipsam seu secundum substantiam καθ' οὐσίαν in oppositione ad unionem sec. accidentia.

Greg. Naz: homo substantiatus, οὐσιωθεὶς, Deo, sicut sol radiis - carm. de vita sua 645.

Amphil: o humanitas, quae Dei Verbum corporaliter substantiasti, σωματικῶς οὐσιώσας serm. in Chti natal. 4.

—

Cf. Boëth. de duab. nat: Graecia subsistentiam οὐσίωσιν appellat.

Potius dicendum erat: substantiatio, quae significat substantiae universalis et abstractae contractionem ac concretionem ad substantiam hanc integram et singularem, quae non potest esse sine subsistentia, ἀνυπόστατος, sed necessario subsistit vel in se vel in alia superiori, ἐνυπόστατος.

Immo S. Athan: (c. Apoll. I. 12) vocat illam unionem „secundum naturam" κατὰ φύσιν qui dicendi modus immerito attribuitur primo Cyrillo a Petav.

3°. Aliae vetustorum PP. formulae magis adhuc accedunt ad unionem secundum hypostasin.

Hippol: c. Noet. 15.

caro ... in Verbo habet consistentiam, ἐν λόγῳ σύστασιν ἔχειν.

Athan. c. Apoll. I. 16

unum esse Chtum secundum indeficientem existentiam, καθ' ὕπαρξιν ἀνελλιπῆ

N. ὕπαρξις apud PP pro hypostasi, unde characteres personales in Trin. appellant τρόπους τῆς ὑπάρξεως. -

Est locus praeclarus S. Athan. c. Apoll. I, 12, ubi docet, quod formam servi ipsum Verbum suam propriam fecit physica generatione ... et caro facta est secundum naturam propria Dei.

Porro demonstrat carnem a Verbo susceptam non esse ei consubstantialem, ita ut impassibilis sit atque immortalis – nam consubstantialia non habebit unitatem secundum hypostasin, sed secundum naturam secundum hypostasin vero exhiberet proprias perfectiones. Caro autem cum non sit Verbo consubstantialis, habet cum Verbo unitatem secundum hypostasin.

Praeter Athan. Epiphanius quoque praeoccupavit jam saec. IV formulam unionis sec. hypostasin quam deinde saec. V solemnes definitiones consecravere. in theor. incarn. 4 post haer. 20.

Verbum „univit sibi corpus, animam, mentem in unam unitatem et in unam spiritalem hypostasin. ἑνώσας εἰς μίαν ἑνότητα καὶ εἰς μίαν πνευματικὴν ὑπόστασιν

II. ~~Quoad~~ Ut vero melius intelligatur huius admirabilis mysterii sublimitas quamvis pauca et peregrina haec ~~forte~~ sufficiant.

Hypostasis praeexistens atque immutabilis, quae homo non est, non potest intelligi proprie et realiter homo fieri, nisi ita, ut natura humana, per quam homo constituitur, incipiat esse natura propria illius hypostasis. Eadem Verbi hypostasis et Deus est et homo, i. e. duas habens naturas secundum unam ab aeterno generatur a Deo Patre, secundum alteram in tempore subit secundam generationem ex matre. Mysterii autem ratio in eo est, quod non intelligimus naturam creatam posse fieri naturam personae divinae. Quod principium ut melius perspiciatur, necesse est inquirere in solemnes definitiones, quibus veritas illa revelata enunciatur.

Conc. Ephes. et Chalced. adoptaverunt epistol. 2 Cyrill. ad Nestor. ubi principium unionis his verbis exhibetur: natura humana facta est propria Verbi.

4. n. 6.
Deus natus est „quia nativitatem propriae suae carnis sibi adscivit"

~~mortuus~~ passus est – „quia corpus factum ejus proprium passum est"

mortuus est – „quoniam iterum proprium ejus corpus gustavit mortem"

resurrexit – quia proprium ejus corpus resurrexit

Adoramus unum Deum-hominem, non autem coadoramus hominem cum Deo

„quia corpus ejus non est alterius quam Dei Verbi, cum quo corpore sedet ad dexteram Patris non velut duo filii consederent Patri, sed unus secundum unionem cum propria carne ma-

„factum esse Verbum carnem nihil aliud est, quam quod similiter ac nos participavit carni et sanguini, et nostrum corpus suum proprium fecit et homo processit ex muliere" ib. n. 7-12.

Idem Cyrill. in ep. 3 ad Nestor: declarat, nos in SS. Eucharistia non suscipere communem aliquam carnem, neque carnem hominis, sanctificati et conjuncti cum Verbo secundum unitatem dignitatis s. habentis divinam inhabitationem, sed ut vere vivificatricem et carnem propriam ipsius Verbi.

Idem docet epist. dogm. S. Leonis P. ad Flavianum, a PP. Chalcedonensibus pro norma recepta in definiendo Incarnationis mysterii

„Non superare possemus peccati et mortis auctorem, nisi naturam nostram ille (de Deo Deus) susciperet et suam faceret

minus determinate locutio: suscipere naturam humanam illustratur ac definitur ~~subsequ~~ sequentibus verbis: suam facere. –

Justiniani professio fidei in V Conc:

Unio secundum hypostasin significat, quod D. V. h. e. illa hypostasis una ex tribus divinitatis hypostasibus, non homini jam subsistenti unitus sit, sed in utero S. Virginis ex ea sibi ipsi formavit in sua propria hypostasi carnem animatam anima rationali et intellectuali, q. e. humana natura".

Th. 21.

Xtus una hypostasis in duabus naturis.

Id quod objicitur considerationi, quid aliquid sit, est natura vel essentia (τὸ τί ἦν εἶναι); quod objicitur distinctioni, quis sit, est hypostasis.

Hoc sensu constituto, compendium doctrinae de incarnato Deo continetur hac formula Conc. Chalced.

Xtus est una hypostasis in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendus.

Hanc revelatam doctrinam negaret, qui statueret

1° alium esse D. Verbum aliumque hunc hominem Jesum, quavis conjunctionis ratione excogitata

2° eundem unum J. Christum non esse aut verum Deum aut verum hominem per assumptam humanam naturam.

At exorti sunt nostris temporibus philosophi ac theologi, qui hunc esse sensum formulae a Conciliis consecratae contendant

ut duae sint personae in se consistentes, D. Verbum et homo J. quae tamen inde a prima conceptione hominis J. sint conjunctae, ut hyp. humana intelligatur subjecta et ordinata ad hyp. divinam, homine autem sui conscio facto, una persona se cum altera conjunctam sciat, una in alteram agat ac influat. Inde non existere unitatem numerico-realem personae, sed dynamicam et formalem, ~~verum~~ unionem secundum formas personales, secundum conscientiam sui unius et alterius personae, qua utraque persona se ipsam non separatam sed conjunctam cum altera novit; ~~ind~~ ex mutua hac conscientia oriri unam compositam conscientiam sui, unam compositam personalitatis formam cum subordinatione perfecta conscientiae inferioris ad superiorem. Hunc esse sensum verborum: unam personam in duabus naturis.

Haeresim Nestorii in eo fuisse, quod Nestorius hominem J. initio docuerit a Verbo sejunctum fuisse ad quem errorem excludendum ac primitivam conjunctionem asserendam formulam illam usur-

patam fuisse, qua pro conditione scientiae philosophicae illius aevi (V) aptior nulla potuerit inveniri. Ita Günther et Baltzer.
Sensus tamen quem philosophi illi in formulam dogmaticam inducunt, tum formula per se spectata tum apertis PP explicationibus prorsus excluditur.

—

Inde a saec. V contra haereticorum versutas artes nomina hypostasis (persona) et natura (essentia) publica Ecclesiae professione eum sensum accepere, ut priori indicaretur is qui est et naturam habet, posteriori vero significaretur id, quo subjectum est quid.

Inde contra Nestorium, asserentem alium esse Deum et alium hominem J. Ecclesiae fides hac formula proclamata est: humana natura cum D. Verbo unita est secundum hypostasin; una est hypostasis Chti Dei et hominis.

Porro contra monophysitas ex unitate hypostasis inferentes confusionem naturarum in unam humano-divinam essentiam, tuenda erat veritas revelata, Chum esse et verum Deum consubstantialem Patri et verum hominem consubstantialem matri, qua propter Ecclesia duas unius Chti naturas declaravit divinam qua Deus est, humanam qua est homo, ut nec misceantur naturae in unam nec una in alteram mutetur (ἀτρέπτως καὶ ἀσυγχύτως) nec naturae sejunctae sint nec humana per se et seorsum subsistat (ἀδιαιρέτως καὶ ἀχωρίστως).

Prioris membri epithetis directe damnantur monophysitae simulque Nestorianorum contra Catholicos calumniis respondetur, altero membro respondetur monophysitarum accusationibus ac damnatur Nest. distinctio duarum hypostaseon pro numero naturarum.

Concilia multa rem eandem fere iisdem verbis declaraverunt, additis explicationibus tam distinctis ut ille, quem Guntheriani volunt, sensus plane excludatur.

Cf definitionem Chalced:

Hinc etiam conciliis nomina hypostaseos et naturae (οὐσίας) eum in modum determinata sunt, quem supra indicavimus, quique inde ab saec. V in Ecclesia

solemnis permansit.

Usque ad saec. V eadem nomina varia significatione a PP. usurpabatur, quae res haud levis est momenti in eorum doctrinis elucidandis.

Schol.

Philosophi, lumine rationis omnia investigantes, habent essentiam (οὐσίαν) pro intrinseca ratione, pro quidditate rei, quae vel substantia esse potest vel accidens.

Vulgo tamen οὐσία de substantia dicitur, quia accidentia potius insunt quam sunt.

Substantiae autem vel secundae appellantur (species et genera) quae non existunt extra mentis considerationem – vel primae s. singulares.

Substantiam singularem (primam) philosophi non distinguunt ab hypostasi, nisi quod οὐσία dicitur quatenus spectatur quid sit (τὸ τί ἦν εἶναι), hypostasis autem, quatenus formaliter spectatur ut haec singularis substantia.

Hoc sensu tot erunt οὐσίαι, quot sunt hypostases et vice versa.

Hypostasis igitur vel significat

1° realis singularitatem substantiae vel

2° simul adsignificat tum exclusionem communicationis in plures inter se distinctos tum modum existendi in se: hic unus distinctus ab omnibus aliis.

Platonici contra hominem idealem, τὸν ἄνθρωπον, primam substantiam dicunt, singulos autem homines substantias secundas. Illas tamquam archetypa singularium, solas realiter et objective existere, μάλιστα ὄντα, has non esse nisi fluxas quasdam illarum expressiones ac cum illis si comparentur, re vera non esse μὴ ὄντα.

Quae commenta verum possunt habere sensum, si intelligantur de ideis divinis, quae realiter sunt ipsa Dei essentia imitabilis ad extra. Possent tum aliquo modo explicare, cur Deus dicatur primum ens, prima substantia etc.

Priori sensu saec. IV et nonnunquam etiam saec. V PP. hypostasin dicunt saepe pro essentia, οὐσίᾳ, dicentes in Deo non solum unam esse οὐσίαν sed unam hypostasin, et quod potius est, in Christo duas esse hypostases.

Antiochenum schisma medio saec. IV. ex hoc potissimum videtur originem sumpsisse, quod alii duce Meletio μίαν οὐσίαν τρεῖς ὑποστάσεις, alii cum Paulino μίαν ὑπόστασιν τρία πρόσωπα dicerent, et tamen ambae partes idem sentiebant, ut in Conc. Alex. apparuit, ubi Athan. dissidium composuit.

Ipse Cyrillus hypostasin dixit aliquando substantiam singularem, praescidens a subsistentia in se ipsa solumque significans realem existentiam in oppositione ad res inanes, umbratiles.

Petav. VI. 2.

Philosophi autem, quum solo lumine rationis non intelligerent substantiam integram singularem, quae non ~~sit~~ esset in se subsistens ~~et~~ neque incommunicabilis, commiscebant substantiam primam et hypostasin tamquam rem semper eandem.

Quo falso principio nituntur omnes, qui contra trinitatis vel incarnationis sanam doctrinam peccavere, ut Sabelliani, Ariani, tritheitae, Nestoriani, monophysitae.

Omnes in hoc conveniunt: οὐσίαν (non excepta divina) quae singularis est, non potest esse communis pluribus inter se distinctis, proinde in Deo, sicut una est οὐσία,

unam quoque esse hypostasin, aut si tres sunt hypostases, tres quoque numerari οὐσίας. In Christo autem si duae concedantur οὐσίας, duas quoque ~~dicere est~~ oportet hypostases concedi, alium Deum, hominem alium, aut vice versa, si una ponatur hypostasis, unam esse οὐσίαν ac naturam.

Inde exorta est necessitas excolendi mere rationalem conceptum hypostaseos ope veritatis revelatae. PP. definitionem philosophorum mancam judicantes, quoniam non comprehenderet essentiam Dei infinitam neque substantiam creatam in modo subsistendi supernaturali, in oppugnatione errorum circa SS. Trinitatem jam a medio saec. IV et post Cyrillum in mysterio quoque Incarnationis hypostasin accipiebant sensu pleniori, ut sit non solum substantia integra singularis, sed substantia singularis, integra, quatenus non est communis pluribus inter se distinctis neque est facta alterius propria sed in se (καθ' ἑαυτήν, ἰδίως, ἀνά μέρος) consistens ut unus (ἰδιοσύστατος), nomen οὐσίας s. naturae (substantiae quoque apud Latinos) retinentes ad designandum id quod respondet considerationi, quid res sit (quidditas) sive hoc sit genus aut species (δευτέρα οὐσία) sive substantia singularis sed pluribus communis, ut deitas et absoluta in Deo, vel substantia singularis non in se subsistens, sed facta propria alterius, ut natura humana in Christo.

Quare in Deo una est οὐσία, natura, substantia et tres hypostases; in Christo autem duae οὐσίαι, naturae, substantiae (Latin.) et una hypostasis. Hoc sensu usi sunt hypostasis nomine Basil. Nazianz. Chrysost. al.

Assumo oppugnandam ultimam partem prolatae theseos, quae sic habet:

non modo tota humanitas sed etiam ejus partes et nominatim SS Cor Jesu, quae speciali ratione erant organa Verbi ad operationes deiviriles et ad nostram redemptionem, sunt objectum manifestationis, quo Deus manifestatus in carne sese exhibet adorandum –

Contram quam sic instituo argumentum:

Cor Jesu neque speciali ratione erat organum Verbi ad operationes Deiviriles neque sub hac ratione est objectum manifestationis quo Deus se exhibet adorandum,

ergo falsa thesis ex hac parte

Probo maj: SS Cor Jesu non potest esse objectum manifestationis sub ratione organi ad operationes Deiviriles, nisi quatenus est instrumentum vel principium immediatum earum

atqui neutrum de corde dici pô

ergo SS Cor Jesu non est objectum manifestationis sub praedicta ratione

(Dist. physice – symbolice)

atqui Cor Jesu quatenus symbolum est, non pô adorari cultu absoluto, sed tantum relativo,

ergo manet diff.

Probo min. sub.

Objectum in quo ratio adorationis et cultus est repraesentatio alterius rei, non potest esse terminus cultus absoluti

atqui ~~Cor Jes~~ ratio specialis adorationis ~~cordis~~ Jesiali est repraesentatio alterius rei

ergo SS Cor Jesu sub hac speciali ratione non potest adorari cultu absoluto

atqui etiamsi SS Cor Jesu possit adorari cultu absoluto quatenus est pars personae Chti, non potest tamen adorari cultu absoluto sub speciali ratione repraesentationis vel symboli

Probo min.

In adoratione sub speciali ratione repraesentationis vel symboli non respicitur obj. materiale, sed obj. formale adorationis

atqui

SS Cor Jesu, quatenus refertur ad obj. formale adorationis, non potest adorari nisi cultu relativo

ergo SS. Cor Jesu, sub ratione symboli non potest adorari cultu absoluto

—

SS. Cor Jesu quatenus refertur ad obj. formale adorationis, conjungitur cum eo tantum extrinseca habitudine et unitate morali tamquam imago cum archetypo

atqui ejusmodi extrinseca habitudo non potest esse fundamentum nisi adorationis relativae

ergo

—

Relatio repraesentationis vel symboli ad obj. repraesentatum, est eadem ac relatio imaginis ad archetypum

atqui talis relatio est extrinseca

ergo etiam relatio repraesentationis ad id quod repraesentatur, non est nisi extrinseca

—

Pius VI in brevi ad Ep. Pistoriensem a. 1785 declaravit, substantiam devotionis erga SS Cor Jesu eo spectare, ut in symbolica Cordis imagine meditemur atque veneremur charitatem Redemptoris

atqui symbolica Cordis imago idem est atque Cor symbolicum ergo

275

Th. XXIV.

Amor Dei super omnia dupliciter concipi potest, vel appretiative vel intensive; intelligimus autem appretiationem extremum, quatenus Deus praefertur omnibus quae amari possunt ipsiq diligenti.
Detestatio peccati concepta ex amore Dei est diversa ab, quae est ex motivo justitiae.

Th. 1. de poenit.

Poenitentia sec. usum classicum significat, si in bonam partem accipitur, significat non solum propositum novae rationis agendi, sed et dolorem de actione praeterita. Jam vocem illam, pro qua Lactantius resipiscentiam habet, Graeci μετάνοιαν appellant.

Penes Scriptt. sacros graeca vocabula μετάνοια, μετανοεῖν, cum de peccatis sermo est, non tantum simplicem mutationem consilii, sed et detestationem praeteritae malae vitae significant. —

Sectio III
De modo quo humana natura Verbo unita sit.

Cap. III
De propria ratione hypostaseos.
(Th. 26 – 30)

Cap. III de propria ratione hypostaseos.

Th. 26. De notione hypostaseos et essentiae s. naturae expolienda ex veritatibus revelatis.

In Deo non potest esse multiplicatio, eadem necessitate intrinseca, qua esse infinitum existit, etiam unum est unitate singularitatis. Idem esse absolutum, ut ex revelatione constat, idem numero, commune est tribus inter se realiter distinctis per mutuas relationes, qui sunt unus Deus. Jam id quod in Deo unum est et absolutum, ex analogia rerum creatarum, vocatur essentia vel natura, quo vocabulo in creaturis communiter designamus perfectionem, quatenus communicabilis est pluribus; singulos autem ejusdem essentiae vel naturae, appellamus hypostases, vel si rationalis sint naturae personas. Constat ergo ex revelatione in Deo tres esse hypostases s. personas unius essentiae s. naturae.

Pariter revelatione docemur, secundum personam Div. sicut est Deus ab aeterno per naturam Div. ita libera assumptione incepisse in tempore esse hominem per naturam hum. s. unam esse hypostasin duplicis naturae J. Chr. Deum-hominem.

Jam apparet, rationalem naturae et hypostaseos conceptum ex revelatione ditatum esse aliquot notis, ad quas intelligendas solo rationis lumine non pervenitur. Ratione enim substantialis naturam, singularem, integram, non aliter intelligimus, nisi ut incommunicabilis et per se consistentem. Quam ob rem philosophi τὴν πρώτην οὐσίαν, substantiam singularem pro hypostasi habebant per se consistenti, incommunicabili, qua in notione singularitas integrae substantiae ascripitur vel identica vel necessario conjuncta cum ejusdem substantiae tum incommunicabilitate tum consistentia per se ipsam. Talis autem conceptus, revelationis lumine collustratus partim inadaequatus partim falsus apparet: inadaequatus, quia de creatis tantum deque eorum connaturali modo existendi valet; falsus insuper, si extendatur ad divina vel supernaturalem existendi modum substantiae creatae.

Inde consequitur

1° Dogma de Deo uno et trino ac de duabus Chri. naturis in una hypostasi non secundum philosophiae notiones definiendum esse, sed vice versa philosophiae de natura atque hypostasi notiones expoliendas esse ad normam dogmatis revelati.

2° Conceptum plenum hypostaseos esse conceptum mixtum quum partim rationalis sit partim ex veritatibus supernaturalibus derivetur.

3° Omnem naturae et hypostaseos definitionem, quae tot esse hypostases statuat quot sint naturae singulares theologice erroneam esse et ob id ipsum philosophice quoque falsam.

4° Theologiam, quamvis adhibeat notiones ex philosophia desumptas, non tamen in earum usu, philosophiae sed propriis principiis regi; contra philosophiam a theologia, tamquam norma et judice, tum negative gubernari, ne erret, tum positive adjuvari ad pleniorem veritatem assequendam; aliis: philosophiam subjici theologiae non in forma, verum in materia scientiae, non in principiis cognoscendi et demonstrandi, sed in veritatibus cognoscendis.

Th. 27. de propria notione hypostaseos.

Inter omnes constat, hypostasin esse id, quod maxime est in se ipso neque in altero nec alterius. Qua declaratione excluduntur tum entia rationis, tum accidentia; erit igitur hypostasis substantia singularis; pariter excluditur ratio partis, secus neque esset per se neque in se, esset in alio et alterius, non esset id quod agit, sed quo agitur. Erit igitur hypostasis et singularis substantia et integra. Quae tamen notae non absolvunt conceptum perfectum hypostaseos; debet esse tota in se tamquam hoc unum, in se totum, distinctum ab omnibus aliis. At revelatione monemur totalitatem illam non esse identicam cum singularitate atque integritate,* in Christo autem natura humana, quamvis singularis et integra, non est hypostasis, quia non est hic homo, a Verbo distincta; erit tota si neque habeat rationem partis aut naturae ad aliud perfectivae, neque communicetur pluribus inter se distinctis. Inde plena hypostaseos notio ea est, ut sit hoc unum in se perfectum, distinctum ab omnibus aliis h.e. substantia nec unita perfectioni ad modum partis nec identificata cum pluribus.

* divina enim natura, quamvis singularis, non est hypostasis, quia identificatur cum pluribus inter se distinctis

Th. 28. De propria ratione personae.

Inter hypostases sub ratione, qua sibi sunt et non alteri, speciali modo eminet hypostasis naturae rationalis, quae nomine sibi proprio personae recte insignitur. Neque enim dubitari potest de dignitate atque excellentia personae prae ceteris hypostasibus, quae ratione carent. Quippe quum sola rationalis hypostasis suae in se existentiae conscia sit, sola se ad actus suos libere determinet, sola sibi ipsa finis est tum immediatus tum mediatus, sola denique subjectum juris esse potest. Quae omnes notae modo perfectissimo sane in solis hypostasibus div. inveniuntur, quibuscum comparatae personae creatae non nisi analogice personae sunt dicendae.

Inde lucidissime apparet, quum substantiae tum hypostasis sensum latius patere, quam personae neque recte egisse theologos quosdam recentiores, personam declarantes substantiam esse rationalem ejusque formam propriam esse intellectualitatem. Verba enim illa, si nihil addas amplius, personam identificant aut cum hypostasi aut cum substantia simpliciter sumpta quamvis singulari et integra. At priori sensu accepta definitio re quidem vera falsi nihil continet, manet tamen subobscura, quum nomine generico significet rem quam maxime specialem; sin vero substantia simpliciter intelligitur, quatenus opponitur accidentibus, confunditur natura rationalis cum persona peritque catholicus intellectus quum Trinitatis tum Incarnationis. Tot enim erunt personae admittendae, quot habentur substantiae rationales.

Neque minus periculosa est alia definitio quaedam apud Guentherianos in usu, personam esse substantiam sui consciam formamque ejus actualem sui conscientiam. Viri isti in Deo tres distinctas conscientias sui ponunt, quod aperte falsum est, nisi admittas trinam quoque essentiam. Si Güntheriana definitio est vera, erit in Deo una substantia sui conscia unaque persona, in Christo autem duae substantiae et duae personae.

Contra ea doctrina cath. confitemur in Deo tres distinctas personas, comprehendentes se una indistincta simplicissima intellectione et voluntate i.e. sui conscientia, in Christo autem unam personam sui consciam duplici et intellectione et voluntate

Excerpta Frzl. 21. 280

modum loquendi revelationum scienti qui personam subjectum praedicationis Ego appellant, admittimus in Deo tres, qui dicunt Ego, sed uno indistincto actu intellectionis, Christus autem unus est, qui sibi dicit Ego duplici distincto actu, divino et humano

Concludimus his praemissis suppositaque revelata Trinitatis Incarnationisque doctrina, falsam esse omnem hypostasis definitionem, quae vel dicit tot esse hypostases, quot sint naturae rationales vel conscientiae sui — unde elucet tum unitatem tum multiplicitatem conscientiae sui non personarum numerum consequi, sed numerum naturarum. Haec fuit aperta omnium semper PP doctrina. —

Th. 29. De Boëthiana definitione personae.

Si ea, quae adhuc pertractavimus, conceduntur, sequitur, legitimam esse Boëthii definitionem personam esse rationalis naturae individuam substantiam, dummodo vox individua recte intelligatur. Potest enim individuum supponere pro substantia singulari in opp. ad universalem, vel etiam pro singulari et integra, in opp. ad communicationem tum universalium in singularibus tum partis ad totum. Hic autem vox illa sensu strictiori accipienda est: ut sit unum in se et distinctum ab omnibus aliis ita, ut non communicetur neque ut universale aut pars; neque ad modum partis neque ut realiter commune et identificatum cum pluribus. Quo sensu substantia individua est singularis, integra, tota in se, dicitur que persona, si est rationalis.

Th. 30. Demonstratur identitas realis et distinctio rationis inter hanc integram ac singularem naturam et inter hypostasin connaturaliter subsistentem ad doctrinam S. Thomae.

Duplex potest institui comparatio inter naturam et hypostasin.

Primo consideramus hypostasin quatenus est haec singularis, integra substantia, tota in se; cum omnibus notis sive essentialibus sive accidentalibus, naturam autem, quatenus non continet praeter notas essentiales et specificas, quibus ens in ordine aliquo (perfectione) constituitur. Tum vero natura, nisi sit divina, non comprehendit omnia, quae sunt in hypostasi, quia propter limitatam creaturae essentiam, multa in ea insunt praeter definitionem ejus abstractam, ita ut hypostasis totum sit, natura autem totius quodammodo pars formalis. Hoc sensu hypostasis realiter a natura distinguitur, non quidem secundum totum, sed secundum quid. Hoc sensu S. Thom considerat hypostasin et naturam, quoties illam ab hac in creatis docet realiter differre. Haec tamen consideratio non explicat formalem rationem hypostaseos, qua distinguitur a natura singulari, integra. Potest enim natura singularis cum accidentibus suis realiter existere, quin tamen sit hypostasis

Est igitur altera instituenda comparatio. Possumus naturam spectare ut hanc substantiam singularem et integram eamque secum ipsa comparare, quatenus est hypostasis connaturaliter existens. Quaeritur quid addatur ad illam naturam singularem, ut sit hypostasis. Respondemus nihil esse superadditum, neque substantiam quam absolutam neque modum substantialem realiter a natura distinctum qui tamquam complementum formaliter hypostasin constituat, sed unam et eandem rem quae est substantia haec singularis et integra, esse etiam hypostasin per modum existendi in se totam; hunc vero modum non esse rem aliquam distinctam realiter a substantia illa, sed rem unam et eandem sub una ratione consideratam dici

et esse substantiam singularem et integram, sub alia ratione consideratam dici et esse hypostasim. Cujus quum considerationis fundamentum sit in re ipsa, dicimus hypostasim ratione cum fundamento in re distingui a substantia singulari et integra —

Formalis ratio existendi in se et per se, sub qua substantia integra dicitur hypostasis, appellari potest modus substantialis, dummodo hic modus non censeatur res aliqua alia esse quam ipsa substantia. Est enim modus ipsa res, dum considerata sub una habitudine comparatur secum ipsa spectata sub alia habitudine.

Ex modo concipiendi distinctionem inter naturam singularem atque hypostasim, pendet modus concipiendi integritatem humanae in Christo naturae. Qui hypostasim constituunt aliqua realitate superadditae naturae singulari et integrae, docent hanc realitatem humanae Christi naturae deesse et a Verbo suppleri; qui autem non admittunt nisi rationis distinctionem, docent non alicujus rei defectu sed rei infinitae accessu factum esse, ut humana Christi natura non sit hypostasis. Ita docent communiter et PP et scholae magistri vetustiores usque ad Scotum. Neque S. Tho. ab illis dissentit. Ad objectionem enim, quod Verbum omnia assumpsit quae sunt hominis, ergo et personam hominis, respondet doctor angelicus: hoc quod facit conjunctum ex anima et corpore esse hominem, non est praeter animam et corpus et unionem aliquid positive, sed ex hoc ipso, quod ipsum compositum ex anima et corpore non adjungitur alteri subsistenti in natura composita sequitur, quod conjunctum sit homo. Unde si Christus humanam naturam quam assumpsit, deponeret, ex hoc ipso esset homo illud conjunctum ex duabus substantiis. III qu. 4 a. 2.

Excerpta Frzl.

Damasc. dial. 29. 30. F. O. III
S. Bonav. III. dist. 5. a. 2. qu. 2 et B.
Petav. Trin. IV. 8. 9.

Franzelin de incarn. th. 27.

de propria notione hypostaseos

Hypostasis est id, quod maxime est in se ipso et non in altero nec alterius. Quum autem omne ens reale vel substantia sit vel accidens, necesse est hypostasin esse substantiam. Hujus enim est per se esse, accidentis autem inesse.

Porro quum substantiae dividantur in singulares (primae) et universales (secundae), liquet hypostasin non esse in ordine universalium. Substantia enim universalis aut significatur in concreto, tum praedicatur de multis qui sunt hypostases, aut significatur in abstracto, tum concipitur in multis inesse.

Porro substantia singularis potest esse
a) pars substantiae integrae
α) integrans
β) essentialis
b) substantia integra

Liquet hypostasin non posse esse partem, secus non esset per se neque in se, esset in alio et alterius, denique non esset id quod agit, sed quo agitur. Hypostasis ergo est substantia integra.
Ad hoc requiritur, ut adsint omnes partes essentiales; harum aliqua deficiente, non amplius existit totum, verum pars. Pars autem aliqua integrans deesse potest, quin desinat integritas essentialis, necessaria ad hypostasim.

Nota partem integrantem, dum separatur a toto, induere posse rationem integri et totius, quatenus est substantia. Tum pars illa separata amittit perfectionem quam habebat, donec juncta erat cum toto, ita ut perfectius sit nonnunquam, esse partem in aliquo toto nobiliori, quam esse integrum et totum in ordine inferiori.

Substantia simplex non habet partes; erit integra (in ratione substantiae)
a) si nullo modo habet rationem partis
b) neque ordinatur ex natura sua ad compositionem cum altero, quocum constituat unum totum perfectius.

S. Thom. I qu. 29 a. 1 ad 5 – III dist. 5 qu. 3. a. 2 – refellit Hugonem Vict. et Mag. qui animam separatam dicunt personam esse. –

Petav. Incarn. III. 12. V. 7.

Unde in homine nec animae nec corpori convenit ratio hypostaseos, sed hypostasis est hic homo compositus ex anima et corpore. Anima separata non est substantia integra, quamquam sensu minus pleno potest persona vocari quatenus non est pars actu componens et est substantia in se consistens.

Postremo substantia singularis integra formaliter est id, quod est totum et perfectum in ratione substantiae, quatenus est tota in se tamquam hoc unum in se totum, distinctum ab omnibus aliis, seu ut hoc unum subjectum.

Totietas in se tum est, quando

1° substantia non est in alio a) per modum partis b) sive ~~partis~~ formae ac naturae ~~b) formae~~

2° in se sistens ut in uno non progreditur ultra, i.e. non identificatur cum multis inter se distinctis tanquam communis eorum essentia seu natura.

Nota totius in se ne sumatur ut identica cum altera singularitatis et integritatis, monet nos revelatio. Solo lumine rationis agentibus sane identitas illa videretur necessaria, ut haberemus notionem aut falsam, si applicaretur ad omne ens tum creatum tum increatum aut incompletam ~~falsam~~, si tantum de substantiis finitis praedicatur, consideratis secundum connaturalem existendi modum.

Adhibita revelatione nota totietatis in se propria hypostaseos eo modo declaranda est:

a) ut non sit per modum partis aut per modum naturae, licet sit substantia singularis et integra

b) ut neque pluribus sit communis tanquam species (humanitas) neque communis aut communicabilis pluribus distinctis, ut una numero et singularis substantia ac natura.

~~Hyp~~ ~~Hypostasis~~ igitur erit hic unus in se perfectus et distinctus ab omnibus aliis h.e. substantia

nec unita perfectiori ad modum partis nec identificata cum pluribus.

—

In creatis natura communis non est hypostasis quia non est ita singularis, ut sit hic unus et non alius atque ita substantia tota in se, sed hypostases sunt singuli, quorum est natura

Natura divina absoluta non est hypostasis, quia licet singularis est tamen communis tribus, et non est hic unus ita, ut non identificetur pariter cum aliis; sed hypostases sunt singuli tres distincti habentes eandem naturam, quia quisque comm. quatenus substantia relativa, est ita substantia tota in se, ut sit hic unus et non alius ejusdem naturae.

—

Humana Christi natura, licet singularis et integra in ratione naturae, non est per se hypostasis. Non enim est hic homo in se distinctus a Verbo, sed Verbum est hic homo. – Quia humana natura est natura perfectioris, non habet rationem totius, sed est ad modum partis aliquid hujus totius, quod est Christus. Verbum autem, dum est cum carne sua, retinet rationem totius i. e. perfecti in se, est eadem hypostasis quae fuerat antea, quia propter suam infinitatem per naturam assumptam nec perfici nec in aliquo deficere potest.

Coroll. 1.

—

Subsistentia in signif. concr. (ut apud veteribus theoricos) i. q. hypostasis

subsistere = existere hoc determinato modo, ut substantia tota in se

„dicitur subsistere quasi per se non in alio existens" S. Thom. De potent. qu. 9 a. 1.

Natura humana Christi subsistit in Verbo = Hypostasis Verbi sustentat naturam humanam

Eadem natura humana quatenus in se non est hyp. appellatur ἀνυπόστατος, quatenus facta est naturae superioris, dicitur ἐνυπόστατος –

Notandae sunt locutiones hae:

1° PP. dicunt hypostasin esse ipsam naturam seu essentiam cum modo existendi, τρόπῳ τῆς ὑπάρξεως

2° Subsistentia abstracte sumpta (penes scholasticos posteriores, quorum primus fuit Cajetanus) indicat hunc ipsum modum existendi et substantiam totam in se et in distinctione ab omnibus aliis ejusdem naturae

3° in conceptu hypostasis (in concreto) includitur intrinsece et essentialiter conceptus essentiae et naturae, non tamen vice versa.

Nihilominus in nostro conceptu essentiae ac naturae divinae includitur conceptus hypostasis in confuso, ita tamen ut abstractione formali possimus expresse cogitare de essentia, quin expresse concipiamus modum existendi in se

4° S. Basil. ep. 38 n. 3.

hypostasis sistit et circumscribit proprietatibus in re aliqua determinata id, quod commune est et incircumscriptum.

Coroll: 2.

Hypostasis significatur per modum totius, natura se habet vel per modum formae et quasi partis vel concipitur saltem tanquam forma, quae inest hypostasi.

Hyp: significatur ut quae est, reliqua concipiuntur ut quae illi insunt et quibus ipsa est.

Hyp: habet naturam, haec habetur a hyp:

hyp: est principium quod agit, natura est principium, quo agit hyp:

hyp: est subjectum omnium attributionum.

Inde intelligitur infinitum meritum aeternum, quod Christus clamit per functionem naturae humanae.

<u>Coroll: 3</u>

1. Substantia creata, quae est pars integrans totius potest separatione facta acquirere rationem totius et hypostaseos..

Vicissim substantia creata quae acta tota est in se potest unione cum altero induere rationem ÷

÷ partis et desinere esse hypost: sive unio fiat simul in natura et hyp: sive tantum in hyp:

2. Hyp: divina non potest desinere esse hyp: quia non potest induere rationem partis

3° Substantialis unio non potest fieri cum natura divina.

Excerpta Frzl.

Damasc. dial 29. 30. F.O. III.
S. Bonav. III. dist. 5. a. 2. qu. 2 et 3.
Petav. Trin. IV. 8. 9.

Th. 28.

De propria ratione personae.

I. S. Joan. Dam. dicit PP. individuum, hypostasin, personam pro synonymis habuisse, quod ita explicari debet, ut illud idem appellatur ibi nomine generali individuum, nomine speciali hypostasis, cujus specialissimum nomen fuerit persona.

Sicut individuum in genere substantiae habet nomen speciale hypostasis (suppositum ap. Schol.), ita inter hypostases sub ratione, qua sibi sunt et non alteri, eminent hypostases naturae rationalis, speciali nomine personarum insignitae.

Graeci pro utriusque generis suppositis nomen hypostasis ponunt, frequentius tamen pro personis.

Dignitas personae quoad rationem et perfectionem existentiae in se his fere continetur:

1° Sola hypostasis rationalis conscia sibi est suae in se existentiae, distinctionisque ab aliis, sola sibi dicit: Ego.

2° Sola se libere determinat ad actus suos eoque magis independens est a determinatione extrinseca, quo excellentioris est naturae.

3° Solae substantiae rationales pro diverso perfectionis suae ordine possunt esse vel finis immediatus vel mediatus.

Irrationales spectato fine nullo modo sunt sibi sed omnino aliis; rationales quadamtenus sunt etiam sibi; nam licet ordinatae sint ad Deum, finem ultimum, ipsa haec ordinatio summum eorum bonum est.

Bonum irrationabilium non est bonum ipsis, sed bonum rationalium, quibus sunt utiles.

4° Propterea solae hypostases rationales possunt esse subjectum juris, quae nova est excellentia prae irrationabilibus.

De signif. morali et juridicae nominis personae Frzl. 195 (Th. 23)

Solae hypostases div. sensu plenissimo sunt personae, in comparatione cum eis non convenit personis creatis idem nomen, nisi analogice.

II. Sensus substantiae latius patet, quam hypostasis, haec autem latius quam persona.

Nonnulli recentiores theologi absolvunt conceptum personae definitione, personam esse substantiam rationalis s. intellectualis naturae propriamque ejus formam

esse intellectualitatem. Quum nihil addant de ratione substantiae, statuendum est, eos substantiam vel intelligere hypostasin vel simpliciter substantiam, quamvis singularem et integram.

Si priori sensu eam sumant, non recte agunt, quod nomine generico indicent rem maxime specialem, quamvis definitio ipsa falsi nihil contineat.

Si vero substantiam, ut mos est, habeant pro natura substantiali, opposita accidentibus (Güntheriani) confundunt manifeste naturam rationalem cum persona neque amplius possunt Trinitatis atque Incarnationis dogmata explicare.

Tot enim semper erunt personae, quot sunt rationales substantiae.

„Ideo haeretici errant, quia nihil aliud agunt, quam ut ostendant naturam et hypostasin idem esse" Epiphan. Diac. in Conc. VII act. 6.

III. Altera, non minus periculosa est definitio apud Güntherianos recepta, tamquam persona sit „substantia sui conscia" ejusque forma sit actualis sui conscientia.

Inde tres statuunt in Deo distinctas conscientias (sui).
At conscientia sui (intellectio sui) in Deo est actus absolutus essentiae (s. ipsa Div. essentia), ergo non potest admitti trina ac distincta conscientia sui, quin admittatur trina et distincta essentia.
Accedit sane in Patre intellectio formaliter relativa ad Verbum (notionalis) (dictio Verbi) in F. et Sp. S. non habet hanc relationem sed intellectio sub ratione absoluti est una omnino indistincta, ut indistincta est essentia in tribus personis.

Sunt tres sui conscii, sed uno simplicissimo actu.

Ex Güntheriana defin. consequeretur in divinis sint unam substantiam sui consciam, ita unam esse personam, in Cto autem duas esse distinctas personas, omnesque qui unam in Cto credunt personam monothelismi et monophysitismi esse postulandos, quia unam sui conscientiam concomitatur una intellectio et voluntas, una denique natura.

Ex doctrina cath. in Deo tres sunt distinctae personae sui consciae seu melius se comprehendentes una indistincta simplicissima intellectione et voluntate s. sui conscientia –

in Christo una persona sui conscia duplici et intellectione et voluntate s. duplici sui conscientia, divina et humana, qua ~~unus se~~ unus idemq. et Deum ~~scit~~ se cognosc. et hominem; non quasi intellectione div. se tantummodo Deum sciret, humana tantummodo hominem, sed utraque et Deum se scit et hominem, altera secundum comprehensionem infinite perfectam, altera secundum eam perfectionem, quae in actibus naturae creatae esse potest.

Recentiores personam appellant subjectum praedicationis Ego et recte quidem, dummodo subjectum supponat pro substantia completa. Tum erunt in Deo tres, dicentes Ego, sed uno indistincto actu intellectionis. Unus Deus dicit: Ego P. Ego F, Ego Sp. S. quippe tres sunt, qui agunt ad extra, sed una actione. Christus contra est Ego unus qui sibi dicit Ego duplici distincto ac diverso actu, divino et humano. Quippe unus est, qui agit, sed duplici intellectione, voluntate, actione.

Conclusio: 1° Supposita revelatione de Trinitate atque Incarnatione, falsa erit quaevis hypostaseos definitio, proclamens, tot esse hypostases, quot sint naturae substantiales;

2° neque minus falsa erit personae definitio, jubens tot semper esse personas, quot sint conscientiae sui et naturae substantiales consciae.

3° Inde dicendum est:

unitas vel multiplicitas conscientiae sui h. e. intellectionis et voluntatis non requirit numerum personarum, sed numerum naturarum.

Id aperte omnes SS. PP. semper docuere. –

Th. 29.

De Boëthiana definitione personae.

—

Persona dicitur rationalis naturae individua substantia.
Individuum dicitur, quod in se unum est ac indivisum atque eo ipso divisum seu distinctum ab omnibus aliis.

Individuum sensu latissimo potest dici de accidenti, quod non individuatur nisi in alio.
Individuum sensu specialiori dicitur de substantia idque tripliciter

a) ut individuum opponatur universali
sub. individua = sub. singularis

b) in oppositione tum ad communicationem et multiplicationem universalium in singularibus tum partis ad totum
sub. individua = sub. singularis et integra

c) in oppositione ad id, quod licet singulare et integrum s. perfectum in ratione naturae, est tamen 1° realiter commune pluribus distinctis inter se vel 2° est communicatum alteri perfecto et toti in se ad modum partis.
Hoc sensu = distinctum vel incommunicabile
= non assumptibile (S. Thom.)
sub. individua = sub. in se tota.

Individuum igitur sensu strictiori est, quod est unum in se et distinctum ab omnibus aliis ita, ut non sit dividuum i.e. communicatum, nec ut universale nec ut pars nec ad modum partis nec ut realiter commune et identificatum cum pluribus. hoc sensu sub. individua = sub. singularis, integra, tota in se. Haec est hypostasis, quae si rationalis fit naturae, dicitur persona.

Coroll. 1. PP. dicunt nonnunquam hypostasin id quod est proprium (ἴδιον) in distinctione a natura, quatenus haec communis est.

PP. etiam dicunt, hypostasin existere per se ipsam καθ' ἑαυτήν, naturam vero et essentiam

non per se ipsam, sed in hypostasibus.

Hypostasin = per se essentiam

ἰδίως, ἰδιοσυστάτως, καταμόνας, ἀνὰ μέρος

Coroll. 2. Hypostasis dicitur etiam substantia in se terminata vel in se completa;

modus quo subst. est hypost. vocatur ultimus substantiae terminus, ultimum complementum.

Quae locutiones explicandae sunt secundum supra dicta.

Coroll. 3. Ut alios conceptus simplicissimos, etiam hypostasin per negationem explicare possumus.

Erit tum ratio hypostaseos ejus incommunicabilitas

Scotus constituit rationem hypostaseos in negatione dependentiae actualis et aptitudinalis, ubi tamen non requiritur negatio quoque dependentiae potentialis, quae solis hypostasibus infinitis propria est.

Subtilis: naturam singularem et integram per se constitui in tali independentia, non aliquo positivo addito ultra illam entitatem positivam, qua est haec natura —

Coroll. 4. Hypostasis formaliter non constituitur accidentibus. Locutio PP, qua dicunt hyp. esse substantiam cum accidentibus, οὐσίαν μετὰ τῶν συμβεβηκότων — ita explicanda est

1° ut accidentia non accipiantur pro notis constituentibus, tamen eae notae intelliguntur, quibus hypostases invicem distinguimus

2° Modus existendi ut substantia in se, in creatis dici potest accidens (non physicum, sed metaphys.) quia et ~~concipi~~ concipi et esse potest alio existendi modo. Hoc sensu improprio hypost. dici potest subs. cum accidente i.e. cum illo modo existendi

3° Magis adhuc improprie divina hyp. dici posset essentia cum accidente, quia illi essentiae trinus modus existendi incommunicabiliter ~~conveniet~~ accidens, sine quo aut esse aut ut in se est concipi posset

Sectio III

De modo quo humana natura Verbo unita sit.

Cap. IV

Declaratur unio hypostatica secundum demonstratam notionem hypostaseos.

(Th. 31 – 34)

Excerpta Frzl.

Th. XXXI.

Non defectu ad imperfectius sed profectu ad perfectius humana natura Cti elevata est supra rationem hypostaseos in se subsistentis.

I A ratione totius in se potest substantia excidere tum detractione perfectionis essentialis, ut amplius non remaneat natura integra, tum conjunctione substantiali cum altero, ut fiat pars vel quasi pars in toto. Ratio igitur hypostaseos abest vel defectu ad imperfectius vel profectu ad perfectius. Attamen theologi a nobis supra oppugnati, non admittunt itaque contendunt aliquid reale, quod in ceteris inest hominibus, deesse, quod tamen, quamvis separatum non aufert integritatem humanae in Cto naturae.

PP contra non detractione alicujus realitatis sed sola assumptione perfecti et in se hypostaseos fieri docuerunt, ut humana in Cto natura non sit hypostasis.

1º in controversia de una Cti persona agitata semper docent PP. humanam Cti naturam propterea non esse hypostasim, quod non sit seorsum, divisa a Verbo sed realiter unita Verbo et natura Verbi; si intelligeretur seorsum a Verbo (Nestor) eo ipso intelligi per se hypostasim esse; quum vero credatur unita Verbo et facta natura Verbi, eo ipso intelligi non esse per se hypostasim.

Nusquam mentionem faciunt alicujus rei distinctae ac separabilis a natura singulari et integra, quae sane taciturnior erat, si verum est quod dicunt recentiores illi scholastici, naturam per eam constitui personam. Sane non tantum occasio verum maxima se offerebat necessitas declarandi, quo proprie et formaliter fieret, ut humana Cti natura non esset hypostasis. PP tamen contra Nestorianorum clamores aliam affirmantes rationem naturae, aliam hypostaseos, hanc unice in eo constituunt, quod haec singularis natura sit per se ac seorsum, nusquam mentione facta illius distinctae realitatis.

2° PP docent eandem quae ceterorum hominum est, realitatem substantialem omnem a Verbo esse assumptam, secundum principium: quod non est assumptum, non est sanatum.

"totum veterem nostrum sine peccato hominem assumpsit" Leo M. et ita fere omnes

Qua in PP. assertione hoc imprimis animadvertendum est, monophysitas quos contra PP. pugnabant, negationem integritatis humanae in Cto naturae hoc corroboravisse principio: duo perfecta non possunt realiter unum constituere, ergo Ctus non assumpsit perfectum hominem. – Patribus igitur tuenda erat integritas humanae in Cto naturae, exhibita demonstratione, nihil illius realitatis, sine qua homines esse non possunt, a Cto non esse assumptum.

Quod ut facilius ~~peragant~~ perficerent duplex statuunt ~~(?)~~ erunt princ:

a) nihil realitatis repugnat assumptioni, s. caret potentia obedientiali

atqui repugnat ut persona manens persona assumatur in realem cum altera persona unitatem

ergo persona non constituitur formaliter aliqua distincta, separabili realitate

esset enim haec realitas repugnans assumptioni quod est contra positionem –

b) ad objectionem haeret: repugnare unionem realem duorum perfectorum, numquam PP. respondent (ut illi a nobis oppugnati theol:) non esse naturam humanam ultimo perfectam deficiente sc. complemento, sed respondent: nulla creatura absolute est perfecta, ergo non repugnat, ut creatura in suo ordine perfecta perficiatur ultra ordinem suum.

Asseverant igitur PP. non rei alicujus ~~defectu~~ essu sed rei infinitae accessu fieri ut ~~humanae~~ Cti naturam non sit hypostasis verum natura ἐνυπόστατος

3° PP docent naturam Cti ~~humanam~~ non defectu alicujus rei, sed propterea non esse hypostasin quod unita est Verbo, quia hoc ipso non amplius est in se totum sed aliquid Cti – nihil ergo detrahendum est, ut desinat esse hypostasis, sed ipsa natura singularis et integra est per se hypostasis, quatenus non in altero est ad modum partis sed "seorsum" et tota in se –

II. Quaeritur quomodo ratio hypostaseos, subsistentiae in se sit perfectio et quomodo non sit.

Esse per se neque in alio, habere rationem totius est perfectio, quae tamen non est simpliciter simplex nisi in personis, quae eminentiorem dignitatem acquirere nequeunt. –

Ratio hypostaseos est perfectio, si spectetur totum prae suis partibus; si autem spectetur, ut negatio unionis cum superiore et perficiente, non est perfectio, sed negatio ulterioris perfectionis.

Quum enim hypostasis duplici ratione cessare queat vel detracta parte aliqua essentiali vel unione ad hypostasim superiorem, prior modus dicendus est privatio perfectionis, alter autem accessio perfectionis, elevatio supra connaturalem subsistentiam in se, quae per se spectata licet sit aliqua perfectio, relate tamen ad subsistentiam in toto perfectiori perfectionis est negatio. –

Inde liquet, exclusionem propriae hypostaseos in humana Christi natura non esse perfectionis ullius negationem, verum exemptionem a connaturali imperfectione perfectionisque infinitae accessionem.

Nota perfectionem substantiae non esse repetendam ex formali ratione subsistentiae, sed ex quidditate naturae.

Coroll. 1. Locutio scholae recentioris: personalitas humana a Verbo suppletur = Verbum ipsum per humanam naturam est homo

Expressio tum S. Tho: tum aliorum: personalitas humanae naturae consumitur a Verbo – explicanda est secundum superius dicta –

Consumi (corrumpi, destrui, auferri) dicitur 3ter

1° proprie quando res ipsa directe per se desinit esse quod erat, vel omnino cessans vel in deterius delabens, ut esse humanum corporis destruitur per separationem animae

2° minus proprie: quod non desinit per se, sed per aliud, vel per mutationem alterius (in relatione) vel per unionem cum altero et elevationem per alterum, ut forma inferior consumitur nobilioris formae accessione – forma cadaveris per animam in mortuo suscitato – Ita destruitur omnis negatio, privatio, imperfectio –

Item ratio totius consumi potest per solam conjunctionem cum perfectiori – ita Angelicus, ut si

homo jam subsistens assumeretur, consumeretur ejus personalitas non realitatis detractione sed divinae realitatis conjunctione

3° minus adhuc proprio sensu de humana Chti natura ubi persona Div. sua unione impedivit, [animo pro] ne humana natura haberet propriam personalitatem —

Th. 32

Quomodo unio humanae naturae facta sit formaliter cum hypostasi, non autem immediate cum natura divina, licet natura et hypostasis in Deo solummodo ratione distinguantur, et quomodo propterea una persona potuerit incarnari, quin incarnata sit SS. Trinitas

---

I In Deo una eademque res sub alia ratione natura est absoluta, sub alia Pater, Filius, Spiritus, S. tres inter se distincti.

Est ibi una res vere absoluta et vere relativa, quod non involvit repugnantiam, quia non est de ratione rei absolutae, ut secundum nullam rationem possit habere respectum. (Suarez,) 1'

1' Unde unaquaeque persona duplicem praebet considerationem 1° ut est hic unus distinctus – 2° ut est div. naturae (quis sit? quid res sit?) Formaliter igitur personae, quatenus persona est, competit esse alicujus naturae, quod divinus habere naturam.

Unio substantialis naturae creatae non potest fieri immediate cum natura divina s. cum Deo sub formali ratione, quatenus est natura atque essentia quia divinae quidditati formaliter et in se nihil potest accrevere entitatis.

Inde si quaeratur, utrum praecisione facta a personis possit intelligi Deus assumens naturam humanam, respondendum est affirmative cum S. Th. dummodo intelligatur natura divina ut subsistens; negative autem cum Halesio, si fiat praecisio objectiva a subsistentia.

Fieri autem unionem substantialem naturae creatae cum Deo, quatenus formaliter est hypostasis divina hoc dicit: hypostasis sub ea ratione, quatenus est hic distinctus habens naturam divinam, incipit habere etiam naturam creatam a divina natura distinctam et diversam. –

Non potest fieri unio substantialis naturae humanae in persona divina, quin mediate etiam naturae conjunctae sint, non ita, ut una transeat in alteram vel una ex duabus existat natura, sed utraque sit natura in una hypostasi.

II. Unio substantialis facta est non sub formali ratione absoluti, quod est commune tribus, sed sub formali ratione relativi, quod est realiter distinctum unum ab altero et proprium singulis. Potest igitur

una persona subsistere in natura humana, quin aliae personae una subsistant.

Distingui tamen debent tria:

1° omnis operatio ad extra est Dei unius et trini; una est in Deo operatio ad extra, sicut una est natura, cum operatio in Deo non sit aliud, quam ipse absoluta natura cum relatione rationis ad extra. Distinctio enim nulla realis est in Deo, nisi in ratione subsistentis.

Incarnatio ergo efficienter spectata opus est Dei unius et trini.

2° Spectari potest is, qui habet naturam humanam ut suam. Haec non est operatio, sed relatio quaedam habentis naturam formaliter, ut est habens naturam.

Habere humanam naturam ut suam, non est naturae communis sed distinctae hypostaseos. Terminative spectata incarnatio facta est in sola persona Verbi.

3°. Propter unitatem naturae divinae personae divinae in se invicem sunt per circumincessionem, περιχωρησιν

Th. 33.

De unione hypostatica quod nullam inferat mutationem in Verbo:

—

De fide est, unionem Verbi cum natura humana esse substantivam et secundum hypostasin ita, ut ipsum Verbum sit factum homo, quod non erat; tum vero hanc unionem esse factam sine mutatione aut confusione, ut Verbum manserit, quod ~~non~~ erat

—

I. In Deo persona sub alia ratione refertur ad creaturas s. ad extra, quatenus identice est natura absoluta, et sub alia ratione, quatenus est formaliter distincta hypostasis. Prior relatio fit per virtutem absolutam unam numero in tribus, altera per vim hypostaticam s. actum terminandi naturam.

—

Virtus absoluta est actus perfectissimus, qui non est in potentia ad ulteriorem perfectionem, unde ad extra refertur non eo, quod aliquid superaddatur vel mutetur in Deo ipso, sed perfectionis additio et mutatio tota sistit in creatura.

Sic neque creatio neque amor quo Deus amplectitur bona a se distincta, ponunt aliquid novi in Deo; relatio creaturae ad Deum quae incipit esse, sane oritur realis, relatio autem Dei ad creaturam est solummodo relatio rationis.

—

Ratio hypostatica et actus habendi s. terminandi naturam simili se modo habet. Potest infinita hypostasis absque sui mutatione naturam quamvis creatam suam facere, ad eam extendi, elevare eam ad suum unum esse personale. Mutatio, elevatio, dependentia afficiunt naturam, estque ejus relatio ad terminum assumentem quam maxime realis; in persona autem divina, quae sine ulla sui mutatione ~~manet~~ tota in se manet, non existit nisi relatio rationis.

Obj. Si divina persona s. div. natura per personam uniri potest cum humana natura, videtur ei accedere posse complementum et perfectionem

Resp. S. Bonav: illud verum est de illo unibili, quod habet perduci ad actum unionis per aliquid acquisitum in ipso; de illo autem, quod est unibile solum per aliud acquisitum in altero non habet veritatem.

Unio dicit relationem, relatio vero introduci habet in esse per mutationem factam in uno extremo, altero omnino immobili permanente. Unio radii et crystalli.

Alex. Hal: quaedam uniuntur ita, quod fit mutatio in utroque unitorum, ut aqua cum vino, vel in altero tantum: sicut cum unitur lux solis aëri etc.

Obj: Verbum nunc est aliquid, quod prius non erat, sc. homo.

Resp. Hal: aliquid dicitur aliter se habens quam prius (vel per se) vel propter mutationem in altero, quod se habet modo ad ipsum aliter quam prius, sicut sol dicitur illuminans ab actione, quam habet in aerem, quod non prius, et tamen non mutatur in se etc. — Verbum non se habet aliter quam prius, sed aliter se habet aliquid ad Verbum, quam prius, sc. humanitas. —

Similitudines quae adhibentur a PP. idem dicunt, comparatur cum verbo mentali, quod sine sui mutatione sensibile fit, dum voce profertur — cum indumento, cum templo, cum accidente in subjecto — quibus locutionibus PP. declarant tum humanae naturae a Verbo distinctionem tum Verbi immutabilitatem, at Nestorius significabat distinctionem hypostaseon. —

II. Verbum habendo naturam humanam ut suam non plus habet perfectionis quam per se solum spectatum, quoniam in div. essentia est omnis perfectionis absoluta plenitudo.

Inde unio substantialis Verbi infinite et immutabiliter perfecti cum natura humana non potest esse nisi mere hypostatica. Aliter haberemus conjunctionem naturae cum natura ad unam naturam perfectiorem, quod fieri nequit in Verbo infinite perfecto.

Unio hypostatica, quin simul sit unio in natura et unitorum mutua perfectio, non potest intelligi, nisi hypostasis assumens sit infinita.

Si enim finitum unitur cum finito, quin utrique ullum accrescat perfectionis augmentum aut ulla oriatur in utroque mutatio, talis unio non est subst.

Pallav. Solum suppositum divinum potest assumere sibi alienam naturam; nam omne aliud ens utpote finitum constitueret cum illa natura sibi unita aliquod compositum perfectius se, adeoque non subsisteret in propria perfectione, sed evaderet pars alicujus tertii, quod esset integrum suppositum.

—

S. Thom. Cum Deus sit ipsa essentia bonitatis, omnia autem alia sint bona per participationem, ex nullius boni additione fit Deus magis bonus, quia cujuslibet rei alterius bonitas continetur in ipso. —

—

Ita in Verbo incarnato sunt perfectiones duplicis ordinis plus quam toto genere diversi: secundum quod est Deus, est plenitudo absolutae perfectionis, secundum quod homo, habet assumptas perfectione, creatas, quae cum absoluta perfectione tantum analogice conveniunt et ejus sunt participatio

—

Unde non potest fieri connumeratio —

Hal: illud quid, secundum quod homo, non connumeratur cum illo quid, quod Deus, quia non sunt ejusdem generis.

S. Thom. esse in Christo plura bona (analog: synonym.) sed non plus boni, quam in Verbo per se spectato — sicut lineae additum punctum non facit majus, ita nec bonum creatum additum in persona bono

increato fuit melius"

Quae: quomodo Verbum sit tota substantia in Cto

Resp: est tota in se nec ad modum partis, non tamen extendit naturam substantialem humanam, quae vero tamen non univoco sensu est et dicitur substantia ac natura.

Coroll. 1. Humana natura hypostasin Verbi nec constituit nec complet, sed cum hypostasi ab aeterno constituta et completa unitur ita, ut illa absque sui mutatione sit habens naturam humanam et per hanc sit homo.

Discrimen inter hyp. Verbi per se et hyp. Cti non est in significatione hypostaseos, sed in adsignificatione naturae. Secundum naturam divinam Verbum constituitur hyp. secundum humanam non constituitur, sed constituta ab aeterno hyp. incipit in tempore esse homo Ctus.

Coroll. 2. Natura humana non potest proprie dici forma Verbi, potest tamen dici forma metaphysica, qua suppositum divinum est homo.

Neque Verbum est forma naturae humanae, quia haec non constituitur formaliter per Verbum tanquam per causam formalem, sed tantum in eo subsistit. Est tamen similitudo aliqua inter unionem hyp. et unionem animae cum corpore neque reperitur cum ullo causarum genere major analogia quam cum causa formali. –

Excerpta Frzl.

Cap. IV. Declaratur unio hypostatica secundum demonstratam notionem hypostaticam.

Th. 31.

Extiterunt recentiores quidam theologi, dicentes, humanam Christi naturam propterea non esse personam, quia desit aliquid reale complementum, ut vocant. Nos contra, PP. vestigia secuti, declaramus non defectu aliquo ad imperfectius profectu ad perfectius factum esse, ut humana Chr. natura non sit persona. Potest enim substantia a ratione totius excidere, tum deficiente aliqua perfectione essentiali, tum accedente substantia altera perfectiore, cujus fit pars et natura. Secunda haec ratio obtinet in assumptione humanae Christi naturae ut constat apertissime ex unanimi PP. doctrina. Et sane, vehementissima oborta controversia de una Christi persona, contra Nestorianos identificantes singularem naturam cum persona eoque ipso in Christo esse personam humanam asserentes, si admittatur singularis atque integra hum. natura, PP. non licebat silentio praetermittere reale illud complementum, a modernis excogitatum, si ab eo tota hypostaseos ratio penderet, immo mirumque in modum controversiam illustravisset. PP. tamen nunquam ejusmodi realitatis mentione facta, humanam Christi naturam declarent unice propterea non esse hypostasim, quod non sit seorsum; si intelligeretur separata a Verbo, eo ipso intelligi hypostasim, quum vero credatur unita Verbo factaque ejus natura, eo ipso intelligi non esse per se hypostasim.

Praeterea innitentes celebri illo principio: quod non est assumptum, non est sanatum, totam realitatem hum. naturae factam esse propriam Verbi declarent neque realitatem aliquam creatam repugnare assumptioni seu carere potentia obedientiali. Quae omnia stare non possunt cum moderna illa assertione, personalitatem esse realitatem aliquam separabilem a natura. Quumque praetenderent haeretici aliud principium: duo perfecta realiter non posse in unum uniri PP. semper respondent, non alicujus rei defectu verum accessione rei infinitae humanam Christi naturam pro hypostasi factam esse naturam ἐνυπόστατον.

Cave autem, ne una cum persona dicas humanae Christi naturae deesse aliquam perfectionem, nam etiamsi esse per se, esse totum sit perfectio, non est tamen, in creatis, perfectio simpliciter simplex immo erit negatio perfectionis, si spectetur tamquam negatio unionis cum substantia superiori, perficiente. Tantum igitur abest ut exclusio propriae hypostaseos in humana Christi natura sit negatio ullius perfectionis, ut sit exemptio potius a connaturali imperfectione atque accessio perfectionis infinitae. Quo non abs re erit admonuisse, substantiae perfectionem non ex formali ratione subsistentiae repetendam esse, sed ex naturae quidditate.

Th. 32.

Ex revelatione constat, in Deo unam eandemque rem et naturam esse absolutam et tres personas inter se distinctas. Est igitur res una quae et vere absoluta est et vere relativa, quod nullam involvit repugnantiam, quia res absoluta potest sub aliqua ratione habere respectum. Posita igitur distinctione rationis inter naturam divinam et personam, cui competit, dicimus, naturam creatam non potuisse immediate uniri Deo sub formali ratione absoluti, quia divina quidditas nullam potest recipere augmentum entitatis; at potuit fieri unio substantialis sub formali ratione personae, quia hoc nihil aliud dicit nisi quod hypostasis divina, quatenus est hic distinctus habens naturam div. coepit habere etiam naturam creatam. Sane propter identitatem div. naturae et personae unio illa fieri non potuit, quin mediate naturae quoque unirentur, non tamen ita, ut una in alteram transiret, vel ex duabus nova tertia quaedam existeret natura, sed ut permaneret utraque natura in una Div. hypostasi. —

Si porro quaeratur, quomodo potuerit una persona incarnari, quin tota incarnaretur Trin. respondemus, unionem factam esse non sub formali ratione absoluti, quod est commune tribus, sed sub formali ratione relativi, quod est realiter distinctum et proprium singulis; potest igitur una persona in hum. natura subsistere, quin simul aliae subsistant. Admonenda tamen sunt tria:

Quoniam operatio ad extra est semper Dei unius et trini, quae non est aliud, nisi absoluta natura cum relatione rationis ad extra (non est enim in Deo distinctio realis nisi sub ratione subsistentis), incarnatio *efficienter* spectata dum fit itemque conservatur, opus est totius Trin.

Si vero spectetur is qui habet naturam hum. haec non operatio est, sed quaedam relatio, s. novus respectus in persona; itaque pertinet ad hypostasin, non quatenus est natura, vel hoc aliquid, sed quatenus est hic aliquis. Quapropter incarnatio terminative spectata facta est in sola persona Verbi.

At quoniam div. natura una est, identificata cum tribus, personae div. sunt in se invicem per mutuam circumincessionem, quam περιχώρησιν Graeci dicunt – unde vi incarnationis in Christo et P. est et Sp. S. – non per solam omnipraesentiam neque per solam operationem, ut in filiis adoptivis, sed propter identitatem divinae naturae, incarnatae sub formali ratione F. cum P. et Sp. S. Unde Verbum non potuit incarnari, quin in Verbo incarnato et P. sit et Sp. S. propter distinctionem tamen personarum ex eo quod Verbum subsistit in hum. natura et per hanc homo est, non requiritur, ut P. et Sp. S. etiam homines sint – sic ut dixit Cyrill. caro venit in unionem cum Verbo et per ipsum cum P. relative videlicet non physice, σχετικῶς, οὐ φυσικῶς –

Th. 33.

Fides de incarnationis mysterio duo docet: unionem Verbi cum humana natura substantivam esse et ~~[illegible]~~ hypostaticam, hancque unionem sine ulla Verbi mutatione factam esse, ita ut manserit quod erat. Quamvis autem modus conciliationis lumini rationis non sit perspicuus, possumus tamen fide quaerentes intellectum pervenire ad aliquam utriusque veritatis intelligentiam.

Imprimis standum est veritati saepius jam demonstratae, unionem naturae humanae cum Verbo non factam esse sub ratione absoluti, sed sub ratione relativi. Inde in Deo distinguimus duplices relationes ad extra: quarum una fit sub ratione naturae absolutae per virtutem absolutam, altera sub formali ratione subsistendi seu habendi naturam, per virtutem hypostaticam s. actum terminandi naturam. At prior, quum sit in se actus perfectissimus, carens potentia ad ulteriorem perfectionem, non refertur ad extra eo modo, ut aliquid in Deo s. superaddatur s. mutetur, verum ~~tota~~ mutatio tota est ex parte creaturarum. Unde liquet neque creationem neque amorem quo Deus bona creata amplectatur, addere aliquid novi divinae perfectioni, quippe quae sit absoluta, ipsamque hanc relationem esse ex parte Dei non nisi relationem rationis, quamvis ex parte creaturae, esse incipientis, quam maxime sit realis.

Fere simili modo explicari pot. relatio hypostatica ad extra. Potest sane infinita hypostasis quamvis creatam naturam facere suam eamque elevare ad suum unum esse personale, sed tum mutatio, elevatio, dependentia naturam creatam afficiunt, cujus relatio ad terminum assumentem erit maxime realis, persona autem divina, quae citra ullam sui mutationem tota in se permanet, induit solummodo relationem rationis.

Ad quae si addamus considerationem absolutae perfectionis, liquet Verbum habens naturam hum. ut suam non plus ideo habere perfectionis quam haberet per se solum spectatum. Si enim Verbum amplioris capax esset augmenti, ipsa unione cum natura humana novam perfectionem acciperet.

neque haberemus amplius mere hypostaticam unionem, sed esset vel conjunctio [illegible] duarum naturarum ad unam perfectiorem naturam, quod quum fieri nequeat propter infinitam Verbi perfectionem, apparent eam non solum non obstare, quominus unio intelligatur hypostatica, sed nisi foret hypostasis assumens infinita, unionem hypostaticam omnino intelligi non posse, quin simul sit unio in natura uniformis mutua perfectio. Si enim finita uniantur ita, ut neutri eorum aliquid novae accrescat perfectionis, neve ulla fiat mutatio, talis unio non erit substantialis. —

Th. 34.

De humanitatis Chti existentia propria distincta ab existentia Verbi.

Omnis res intelligitur existens eo ipso, quod actu est – unde sicut in Deo essentia sua est sua existentia, ita in creatis quoque essentia, non quidem universalis, sed haec singularis, contingenter posita extra causas suas et in actu, est eorum contingens existentia. Neque aliter invenitur existentia in rerum naturis, nisi ut haec res actualis.

Nonnulli e recentioribus schol: putabant eo, quod res sit extra causas suas in actu, constitui tantummodo actum primum proximamque dispositionem ad existendum, ipsam autem formalem existentiam non item. At natura dum est actualis, per formalem illam existentiam, quam dicunt superaddi, non habet, ut actu sit, est enim jam actu, ergo non habet nisi hunc vel illum modum existendi h.e. vel in se vel in alio. Existentiam appellamus esse actu, hoc alterum dicimus modum existendi. Hic existendi modus, si connaturalis sit, ratione distinguitur a singulari natura actu existente; modus autem existendi humanae naturae in Verbo est realis superaddita, supernaturalis, infinita elevatio actualis naturae humanae. Ergo actualitas entis neque ratione realiter distinguitur ab existentia atque actualitas non est dispositio ad existentiam sed existentia ipsa.

Humana Chti natura est res producta et posita extra statum possibilitatis s. actualis; habet igitur suam actualitatem creatam, quae est ejus existentia; existit ergo hum. Chti natura existentia creata, non autem div. existentia Verbi. Immo non potest quidquam praeter Deum existere existentia div. quum absolute necessaria actualitas div. essentiae evidenter repugnet enti creato, contingenti. Neque potest quidquam existere formaliter existentia non sua, extrinsecus adscita.

Si autem quaeratur, quotuplex sit esse in Chto, secundum varias verbi significationes alia atque variabis (ubi recitius eum distinx) alia erit responsio. Quum enim esse vel pro essentia, quatenus definitione exhibeatur, supponat vel pro natura actuali vel pro toto in se quod in se subsistit – primo et secundo sensu duplex erit esse in Chto sunt duplex essentia et natura, tertio sensu unum est esse, sunt una hypostasis. Haec aperta est doctrina S. Thomae: esse Verbi incarnati unum est ex parte personae, non autem ex parte naturae. Chtus est igitur unum esse simpliciter, sc. una div. hypostasis; est autem Deus secundum esse div. naturae atque homo secundum esse humanae naturae. Chtus est esse div. et habet etiam esse naturae humanae!

Sectio III

De modo quo humana natura Verbo unita sit.

Cap. V

De consectariis quae ex unitate personae in duabus naturis consequuntur, directe spectata unitate personae.

(Th. 35 - 39)

Th. 35.

De una natura Verbi incarnata.

I. Cyrillus saepius, forte primus, unam dixit Verbi naturam incarnatam, cujus locutionis sensus eruendus est e scopo, quem sibi proposuerat S. Doctor in oppugnando Nestorio.

Nestorius quamlibet naturam singularem putabat subsistentem, unde in Christo duas introduxit personas, Verbum seorsum et seorsum hominem Jesum. Contra quam erroneam et fraudulentam divisionem Cyrillus unam affirmat naturam Verbi per se subsistentem, quam dixit incarnatam, in recto significans div. naturae per se subsistentiam, in obliquo autem subsistentiam carnis in Verbo.

Contra quoties quaeritur quid sit Christus, Cyrillus semper diserte declarat, naturam humanam omnino esse integram, dummodo non intelligatur per se subsistens. –

Formulam illam saepius adversus accusationes tum Nestorianorum tum catholicorum perperam eam intelligentium, constanter defendit et explanavit, ut patet ex multis locis ejus operum. Eutychiani quoque ea abusi sunt ad suos errores obtegendos. Recenset Cyrillus quadruplicem objectionem (Nestor.) adversus locutionem suam (ep. 2 ad Successum)

1° Verbum passum esse in sua div. natura

Resp: additum „incarnatae" indicat totam rationem oeconomiae in carne; Filius Deus incarnatus est accipiens formam servi, caro autem est subjectum (principium quo) circa quod passio versabatur, quamvis Verbum in carne passum sit.

2° factam esse naturarum confusionem

Resp. Verbum quod per assumptionem carnis homo prodiit, non dividitur in duas personas duosque Filios, sed permansit unus, non tamen sine carne sed ipsam propriam habens. Neque propterea Verbi natura transiit in naturam carnis neque carnis natura in naturam Verbi, sed utraque permanens in sua naturali proprietate, ineffabiliter unitam unam exhibet naturam Filii, sed incarnatam.

3° humanam naturam non esse perfectam neque Christum humanitate nobis esse consubstantialem

Resp. Conc: si non additum fuisset: incarnata

4° negari non posse duas naturas subsistentes, si Christus vere in humana natura integra pro nobis passus est –

Resp. Nestoriani urgent duas naturas subsistentes, licet dicant indivisas, quia unionem recte non intelligentes ponunt naturam hum. seorsum, in se totam et per se consistentem.

Cyrill. contra urget unam Verbi naturam, sed incarnatam, quia quamvis in Emmanuele humanitatis natura et divinitatis dicatur, ipsa tamen humanitas propria facta est Verbi et unus Filius intelligitur cum ipse (ipsam habens, in ea subsistens)

—

Ad eundem sensum explicata est Cyrilli formula adv. monophysitas ea fraudulenter abutentes.

Conc. V. Si quis ... unam naturam Dei Verbi incarnatam dicens, non sic ea accipit, sicut PP docuerunt, quod ex div. natura et hum. unitione secundum hypostasin facta, unus Christus constitutus est; sed ex talibus vocibus unam naturam s. essentiam deitatis et carnis Christi inducere conatur, talis a. s.

Similia saepius in al. conc. invenies.

—

II. De sensu locutionis „una natura Verbi" ex dictis constat; significat div. hypostasin, quae una est etiam incarnata. Cyrill. ut synonyma habet: hypostasis Verbi, natura Verbi, Verbum ipsum – sed quamvis constat de sensu formulae, diverse tamen explicatur ejus modus dicendi

Alii dicunt: simpliciter poni ~~hyp~~ naturam pro hypostasi, quam sententiam merito improbavit Dam.

Potest enim natura div. ut subsistens spectari tripliciter:

1° in confuso, absque persona determinata, ut solo lumine rationis Deum cognoscimus

2° distinctis personis pô natura div. spectari ut identificata cum tribus

3° ut formaliter in una determinata persona subsistens.

Hoc ultimo sensu natura F:ii est hypostasis, non quod illa per se significet hyp: sed apposito nomine F. vel Verbi natura determinatur ut identificata cum Filio s. quatenus formaliter ut F. subsistit.

Coroll. 1. PP. quandoque hum. Christi naturam dicunt deificatam esse: i.e. natura hum. facta est natura Dei Verbi. S. Cyrill.: Si hominis caro humana dicitur, quid prohibet divinam dicere illam, quae est Dei Verbi caro? –
2° alter sensus minus proprius et nonnisi consequens proderem hic habetur: in naturam assumptam promanant omnes thesauri donorum creatorum, quae licet sint supernaturalia, tamen supposita unione, hum. Verbi naturae sunt debita et quodammodo connaturalia
3° Dicitur quoque hum. natura absorpta esse a divinitate, transiisse in divinitatis naturam, praesertim post resurrectionem. Hoc ultimum a S. Cyrill. explicatur in hunc modum:

Natura, humanitas, caro significant
a) essentiam naturae hum. tum fieri nequit ut in deitatis essentiam convertatur creatura
b) statum quendam naturae, in oppositione ad statum supernaturalem, quae opp. pō esse duplex:
α) infectio peccati, ut Paul. dixit nos natura filios irae – lex peccati –
hoc sensu natura hum. a divinitate absorpta fuit in ipsa incarnatione
β) naturalis corruptibilitas, mortalitas, indigentia, status naturalis sensibilitatis eae; quas Graeci irreprehensibiles vocant passiones (ἀδιαβλητα παθη) – Has voluit Verbum suscipere, sed opere redemptionis adimpleto, status ille naturae absorptus est, transiit in statum quendam divinum, debitum tum ratione unionis cum Verbo tum ut praemium respondens merito infinito.

Coroll. 2. Cyrill. aliiq. duas Christi naturas ratione tantum distingui – quod nomen distinctionis – διαιρεσις διαστασις, διαφορα significant divisionem – dicunt enim aliquando PP ea quae unius sunt subjecti vel unum sunt natura, sola mentis consideratione distingui, hoc nimirum sensu, quod sola ratione separatim considerantur, non autem separata sunt. Dicimus „considerari separatim" non „separata" ad quod est animadvertendum.

Th. 36.

Hypostasis Xti dicitur composita.

I. Cl. Tiphanus improbat locutionem hanc: Xti hypostasis composita " quam false adhiberi a modernis schol. contendit, quum neque apud PP. inveniatur, nisi sensu improprio _ neque apud antiquos theologos, qui plane contrarium habeant. Posse et debere dici: Xtus compositus - non autem hyp. Xti composita.

At Concilia et PP. constanter hunc dicendi modum adv. haereticos tum Nest: tum Eutych. adhibuere -

Conc. V: una subsistentia composita -

S. Sophr. ep. ad Serg: unum Xtum profitemur et Filium incarnatum Verbum colimus et unam ejus hypostasin dicimus et in duabus eum annuntiamus naturis - etc.

Neque veteres Schol: illum dicendi modum absolute improbarunt - S. Th. concedit Xti hyp. esse compositam - quem tamen usum loquendi non esse in usu modernorum dicit. S. Bonav: Doctores praesentis temporis sensum retinent, declinantes vocabulum compositionis -

II. Examinandus est genuinus formulae hujus sensus.

1° hypostasis Xti:

a) appositum Xti pô accipi materialiter, non formaliter ut spectetur hyp: per se et secundum solam div. naturam, Xtus autem designet, non formalem rationem, sub qua hypost. accipiatur, sed solum totum in quo hyp: subsistat -

b) formaliter: hypost: quatenus Xtus est, ubi connotantur et includuntur duae naturae div. et hum. Hoc sensu hyp. Xti vel exactius hyp. Xtus idem = Xtus.

2° composita:

Essentia compositionis in eo est, ut existat realiter unum ex pluribus realiter distinctis, quae in definitione tria habes: 1. unitatem realem 2. distinctionem realem plurium; 3. distinctorum non identificationem cum unitate sed concursum ad eam et unitionem in ea.

Compositio vel est activa: conjunctio unius cum altero - quae dicitur „compositio hujus ad hoc"

vel passiva: esse unum ex pluribus = compositio ex his.

Finita quando componentes mutuo se perficiunt, aut saltem unum per alterum - ita ut vera sint de ejusmodi compositionibus haec axiomata:

omne compositum constituitur vel perficitur ex partibus (essentialibus, si prius, integrantibus, si alterum)
omne compositum perfectius est suis componentibus,
nullum compositum est absolute ~~est~~ perfectum.
Haec vera sunt, non quia unum ex pluribus, sed quia totum ex partibus (solo lumine naturali aliud unum non cognoscimus) – s. non quia est compositio, sed quia est talis compositio.*)

Inde
1º hypostasis Xti materialiter sumpta, est simplicissima, neque „ex his composita" – dici tamen pot composita „ad hoc"
Compositio apud PP = substantialis unitio
Conc. V: si quis non confitetur unionem secundum compositionem s. secundum subsistentiam factam esse, a. s.
et alia multa ejusmodi.
2º Hyps. Xti sumpta formaliter, quatenus Xtus est i. e. significatis duabus naturis, non est simplex dicenda, sed composita ex his.
Hoc sensu hyp. Xti = Xtus, formaliter ut Xtus est, melius que dicitur hyp. Xtus – quam identitatem quum non agnovisset Tiphanus, mirum non est, si incidisset in supra commemoratum errorem. –
Excusatur tamen Tiph. si hyp. Xti sumitur pro sola natura div. subsistente, hoc enim sensu hyp. Verbum realiter distinguitur ab hac singulari et integra natura humana – in naturis autem connaturali modo subsistentibus hypostasis ab hac singulari et integra natura sola ratione distinguitur. –
3º Sensus quo dicitur composita hyp. Xti, comparandus est cum compositionibus naturalibus
Erunt autem tot genera compositorum (compositionis ex his) quot sunt modi actionis compositionis (ad hoc) quia compositio ex his et compositum est effectus compositionis ad hoc –
Sunt autem tria genera naturalium compositionum
a) uniuntur partes essentiales et substantiales ad unam naturam et hyp. (ut anima cum corpore)
b) hypostasi et naturae praeexistenti unitur pars integrans
c) hypostasi et naturae praeexistenti unitur accidens

*) Novum habes exemplum, ubi conceptus rationalis ex ~~traditio~~ revelatione est perficiendus.

Th. 36 (seq)

Sub a) sunt partes mutuo se perficientes, oritur autem [constituitur] totum q. e. nova natura et hyp.

Sub b) unus terminus est pars, terminus alter hyp. et natura praeexistens ut totum tamen imperfectum; pars acquirit perfectionem suam in toto, totum autem perficitur per partem

Sub c) Hyp. et natura nec constituitur nec perficitur secundum quod est substantia, sed secundum quid accidentale.

Jam si spectamus hyp. Xti

a) quum sit aeterna, necessaria, perfecta, non pot habere rationem partis; ergo per naturam hum. unitam non constituitur totum ex partibus, sed natura hum. elevatur

b) in Xto uniuntur substantiae - sed hyp. div. non perficitur per hum. naturam, verum absque immutatione constituitur homo et Xtus formaliter.

Differt ergo unitio div. naturae cum hum. in Xto ab unitionibus naturalibus sub a) et b) quoniam nulla oritur perfectio in hyp. divina -

pot tamen conferri cum a) et b) quoniam uniuntur substantiae in unum substantiale

pot etiam conferri cum b) et c) quatenus hyp. divina, manens idem quod erat, elevat naturam unitam ad suum esse hypostaticum.

Inde

si compositio propria ea dicitur, quae adsignificat imperfectionem et accessionem perfectionis in omnibus componentibus quaeque est ex partibus proprie dictis, hyp. Xti non est composita proprio sensu. Unde metaphoricam dicunt veteres.

Si vero compositum = unum, quod est ex pluribus distinctis, hyp. Xti formaliter ut Xtus sive hic homo, composita est ex V. subsistente sec. naturam div. et ex hum. natura subsistente in V. per quam V. est hic homo.

S. Thom. illa compositio personae ex naturis non dicitur esse ratione partium, sed potius ratione numeri ... III qu. 2. a. 4 ad 2.

4° Termini compositionis indifferenter a PP dicuntur vel V. seu hyp. spectata sec. naturam ~~hum. et~~ div. et humanitas, vel duae naturae, div. et hum.

Coroll. 1. Hyp. Xti quatenus connotat solam naturam div. differt secundum totum a natura hum. sei. se spectata.

Hyp. Xti formaliter ut Xtus est, connotans utramq naturam, se habet ut totum, a quo natura hum. distinguitur realiter, non secundum totum, sed velut pars a toto.

Coroll. 2. Si PP. div. humanamq naturam appellant partes, ex quibus Xtus est compositus, manifeste excluditur omnis ratio imperfectionis.

Contra, quando PP. negant hyp. Xti esse compositam, negatur compositio ex partibus proprie dictis, ex quibus nova hyp. exsurgeret

vel negatur hypostasis Verbi, ut est Verbum per se, ex his composita

vel negatur hyp. composita ex duabus hypostasibus

Coroll. 3. Locutio Conciliorum et PP: Xtus est una hypostasis ex duabus et in duabus naturis" i.q. Xtus est hyp. composita. –

Coroll. 5. Hyp. Verbi ut connotat div. tantum naturam et est persona simplex, non est alia ab hyp. Xti composita – distinctio enim realis non est nisi ex parte assumptae naturae

Obj: Hyp. Verbum formaliter spectata est hyp. simplex; hyp. Xtus formaliter spectata est hyp. composita.

atqui hyp. simplex et hyp. composita realiter distinguuntur

ergo hyp. Verbum et hyp. Xtus formaliter spectatae realiter distinguuntur

Resp: ad M. 1am partem C. 2am p: D: hyp. Xtus est composita exsurgens ex partibus N: est composita ex Verbo quod idem permanet neque perficitur et ex hum. natura, quae perficitur, non autem perficit C.

D: Mi: hyp: simplex et composita exsurgens ex partibus realiter distinguuntur C.

si hyp: simplex praeexistens eo modo dicitur composita, ut sine sui mutatione habeat naturam alteram

subd: hyp: ita composita ab hyp: simpl: realiter distinguuntur sub formali ratione hypostaseos et habentis naturam N.

distinguitur realiter natura hum. assumpta in hyp. composita a negatione naturae assumptae in hyp. simplici C.

Th. 37.

De communicatione idiomatum.

I. Communicatio (ἀντίδοσις) idiomatum dicitur 1° improprie de communicatione inter duas hypostases habitudine aliqua conjunctas — quae est Nestoriana ἀναφορά et σχέσις vel 2° inter ipsas naturas (Eutych. vet. Luther.) vel 3° secundum rectam doctrinam, de una hypostasi quae habet duas naturas. Haec communicatio non est inter naturas, sed est hypostaseos, quae cum esset in forma Dei, facta est hyp. etiam naturae hum. adeoque exstat communis duabus naturis.

Principium fundamentumque theseos hoc habes: in ord. ontol. Deus est homo, homo est Deus, non tamen divinitas est humanitas aut homo, neque humanitas est divinitas aut Deus.

II. Transimus ad praedicationem idiomatum, quae potissimum intelligitur nomine communicationis idiomatum. — in ord. praed. Cujus principium generale hoc erit: quidquid affirmatur de hyp. nominata sec. unam naturam, affirmandum erit de eadem hyp. nominata sec. alteram naturam; non tamen quod praedicatur de una natura, vere etiam praedicari potest de altera.

Inde promanant quaedam leges ac regulae speciales:

1° De hypostasi nomine Deus vel V. Deus significata praedicanda sunt idiomata hum. in concreto, vicissim de hyp. significata nominibus „homo. Jesus, Christus" praedicanda sunt idiomata Dei Verbi in concreto:

Dices ergo: Deus est homo, est natus, est mortuus etc.
vicissim: hic homo est Deus, est generatus ab aeterno, est creator etc.,

quia nomina concreta tum in subjecto tum in praedicato supponunt pro hyp: — in subjecto secundum unam, in praedicato sec. alteram naturam.

Quum illae praedicationes verae sint tantum propter identitatem hyp: ergo

2° non possunt de subjecto formaliter sumpto sec. unam naturam s. sensu reduplicativo praedicari idiomata alterius naturae, licet in concreto prolata.
Deus quatenus Deus non est natus in tempore
Homo Jesus quatenus homo non est creator.

3° de hypostasi s. de subjecto concreto non possunt in recto praedicari de hum. abstracte significata sed tantum in obliquo.

Ratio est, quia hyp. divina non est identica cum natura hum.
Inde non pō dici:

Deus V. s. Xtus homo est humanitas

sed: est habens humanitatem

Neque nomina partium naturae, licet concreta, non possunt praedicari in recto, quia per modum abstractorum significant naturam, non ad significata hypostasi:

Verbum non est anima hum.

non est corpus hum.

4° neque naturae neque earum idiomata, abstracte significata, possunt de se invicem praedicari

Divinitas non est humanitas

5° divina in abstracto et humana quamvis in concreto prolata non possunt mutuo praedicari

ratio est, quia D. V. non est homo sub formali ratione naturae div. sed sub formali ratione hyp:

Inveniuntur tamen apud PP. locutiones

divinitas est homo, est nata, est passa —

quae sensu formali non sunt verae, sed intelligendae sunt sensu identico, ut divinitas = Filius Dei — quia div. natura est realiter identica cum hyp. divina,

6° Quae Xto conveniunt sec. unam tantum naturam, possunt de eo simpliciter affirmari sec. modum declaratum, non possunt simpliciter negari

Dicitur: Xtus, Deus passus est

non pō dici: Xtus, Deus non est passus

nisi addatur: sec. divinitatem.

Ratio est in diversa amplitudine propositionum affirmantium et negantium.

7° Duo sunt praeterea notanda:

Communicatio idiomatum, fundata in unitate personae, supponit unionem Verbi cum natura hum.
Inde praedicata quae enuntiant unionem faciendam, possunt tribui Verbo praeexistenti, non autem homini neque Xto in sensu formali

Deus (D. V.) est incarnatus

non autem: homo vel Xtus est incarnatus

quia homo aut Christus non est subjectum, sed terminus incarnationis
Proprie dicitur : Deus factus est homo –
improprie : homo factus est Deus
nisi explicetur : is qui est homo factus, est Deus
vel : factum est, ut homo sit Deus.

b) Adjectiva derivata a nomine „homo" aut „humanitas" a Nestorianis perperam adhibebantur ad significandam inhabitationem Dei in homine – dicebant Verbum inhumanatum, ἀνθρωποφόρον, σαρκοφόρον

Magis adhuc ambigua sunt adjectiva derivata a nomine Deus vel Dominus.
Possunt de homine significare, hominem esse Deum et Dominum – ita apud PP –
possunt significare hominis per se subsistentis relationem ad Deum et Dominum – ita haeretici
Ambiguae ergo sunt locutiones :
homo dominicus, Deifer, deificatus

III Doctrina de communicatione idiomatum summopere juvat ad Incarnationis mysterium recte intelligendum – inde recte animadvertit Garrerius, ex ea peti regulam ad quam examinari certo possint uniuscujusque scriptoris dicta, ut ~~recte~~ constet, rectene ille sentiat an secus de unitate Christi –

Coroll. 1. Cum communicatione idiomatum coincidit duarum naturarum in Christo mutua circumincessio (περιχώρησις εἰς ἀλλήλας) – quae ontologice et in se ipsa nihil aliud est quam mutua inexistentia plurium habentium substantialem unitatem in aliquo communi –
in ordine logico in eo est, quod non potest unum intelligi aut nominari, quin in illo realiter comprehendatur et alterum – quae inexistentia debet esse mutua – ejus velut materiale est distinctio, velut formale autem unitas. –
Περιχώρησις plenissimo sensu solum est in SS. Trin. ejusque ratio formalis est unitas communis naturae
In Christo est ordo inversus. Nam distinctae sunt naturae, formalis autem ratio mutuae immanentiae est unitas personae.
In Trin. personae sibi immanent mutuo, quatenus unaquaeque includit naturam communem, in Christo naturae sibi immanent, quatenus includunt communem hypostasin.

Sed hum. natura non includit div. hypostasin, nisi quatenus effertur in concreto, non in abstracto.

Itaque realis naturarum περιχώρησις in eo est, quod D. Verbum habet etiam naturam hum. substantialiter unitam; hic homo J. s. hypostasis, significata ut habens naturam hum. habet etiam naturam div. identificatam cum hypostasi; i. e. ex tempore Incarnationis nec Deus Verbum est quin sit homo nec hic homo J. est, quin sit Deus.

Immanet igitur hum. natura in Deo V. ut Dei V. natura et immanet div. natura in hoc homine J. ut hujus hominis natura

Coroll. 2 agit de haeresi „ubiquistarum" vel „ubiquetariorum"

Coroll. 3 de theopaschitis et Petro Fullone Eps. Antiocheno (monophysita)

Hic homo Jesus est Filius Dei naturalis, nullo modo adoptivus.

I. Ex duabus propositionibus

Xtus, ut hic homo, est Filius Dei naturalis,

Xtus, quatenus homo, est Filius Dei naturalis -

prior vera est, posterior ambigua et falsa.

Prior sensu specificativo, designat „hanc" hypostasin, hunc habentem hum. naturam, qui praedicatur Filius Dei naturalis, non autem naturam, quae significatur nomine „homo" ponitur ut ratio praedicationis, qui esset sensus reduplicativus formalis (quatenus homo, ut homo)

Haeresis Adoptianorum labente saec. VIII originem habuit a Felice Urgellitano Ep. et Elipando, Toletano Archiep. Damnata est in Conc: Forojuliensi, Ratisbonensi, Francofurdensi. (sub Adriano I)

Docebant duo:

Xtum hominem esse Filium Dei adoptivum;

Xtum hominem non esse Filium naturalem, sed Filium naturalem esse Deum V.

PP. Francof. illis recte exprobrabant instaurationem Nestorianae haeresis - eosque, si constare sibi vellent, duos statuere Filios Dei, alterum naturalem, adoptivum alterum.

Error Adoptianorum non in eo erat quod negaverent hum. naturam esse rationem div. filiationis, neque PP. Francof. hoc docebant, hoc unum ab illis volentes obtinere, ut faterentur illum ipsum qui est Deus et Filius Dei naturalis, esse hominem; hunc hominem esse naturalem Dei Filium per generationem paternam, non ratione hum. suae naturae sed ratione unius hyp: quae ab aeterno generata coepit in tempore hic homo esse. -

PP. praeterea demonstrant, ex hoc ipso, quod homo diciter filius adoptivus, consequi alium esse hominem alium Deum V. Filium naturalem

„adoptivus dici non pō, nisi is qui prius alienus est ab eo, a quo adoptari desiderat."

Haeretici tam negabant Xtum, ut est hic homo, esse Filium Dei naturalem, tum affirmabant filium adoptivum esse. Pars negans aperte est haeretica sapitque Nest.

Pars affirmativa quatenus excludit naturalem filiationem, est falsa et coincidit cum prima, s. est haeretica sensu exclusivo; de alio ejus sensu quid sit statuendum, mox dicemus

II Fuerunt tamen qui vel cum Durando defenderent vel cum Scoto probabile censerent, Christum sec. humanitatem et esse et dici posse Filium adoptivum

Non negatur ab illis, Christum, ut hunc hominem, esse Dei Filium naturalem, sed praeter hanc rationem reperiri in natura hum. quatenus ornatur gratia sanctificante (quae est gratia adoptionis in nobis) causam et fundamentum filiationis adoptivae.

Quae doctrina differt quam maxime ab Adoptianorum erroneis commentis. Sit tamen nec vera nec probabilis

1° Argumentum neg: contra Adoptianos prolatum hic quoque vim suam integram retinet

„nec Apostoli eum sic nominarunt nec sancta Dei et catholica Ecclesia consuetudinem habuit sic eum appellare" PP. Francof.

2° „Filius Dei" directe et proprie significat hypostasin. Nomen „adoptivus" autem duo dicit: negat filiationem propriam, affirmat filiationem, quae sit imitatio quaedam filiationis propriae.

Dicere igitur Christum filium adoptivum i. q. dicere hanc hypostasin esse alienam neque Filium naturalem, quod verum esset, si per se subsisteret – sed tum haberemus duas hypostases.

III. Qu: de ratione, qua Christus, in quantum homo est, dici possit vel debeat Filius Dei naturalis?

Si verba „in quantum" sumuntur sensu reduplicativo, Christus est Filius Virginis, Filius autem Dei, non in quantum homo, sed in quantum Deus.

Possunt tamen verba „in quantum homo" accipi sensu reduplicativo ratione hypostaseos (non ratione naturae (ut supra)) „hic unus, subsistens etiam in natura hum.

Sensus hic determinatur ex historia dogmatum: Supposita divinitate Verbi, qu: utrum Christus sit Filius Dei naturalis etiam in quantum homo, locum habet tantum in controversia cum Nestor: et Adopt: –

Quum enim hi negarent esse Christum Filium Dei naturalem, in quantum est homo, subintelligebant: in quantum est haec hyp: subsistens in natura hum; Cathol: contra: Christus est F. Dei naturalis, in quantum est homo = Christus est F. Dei naturalis etiam ut hyp. sub-

sistens in natura hum. quia est una hyp: subsistens in div. et hum. natura. Hoc sensu redupliationis propositio = Christus ut hic homo est F. Dei naturalis.

Tum

1° ratio, cur haec persona, etiam sec. hum. naturam est Filius Dei naturalis, haec est, quod haec persona, etiam dum est homo, generatur a Patre per communicationem naturae div.

2° Haec generatio aeterna est ratio unica, cur Christus in quantum homo (reduplicative quoad hyp:) sit Filius Dei naturalis.

Suarez, Vasquez: Christum, in quantum homo est, esse Filium Dei naturalem, non solum ea, qua diximus ratione, sed in sensu formali, ita, ut in hum. natura sit quaedam filiationis ratio, non qatenus est natura, sed qatenus substantiva unione per Verbum est sanctificata indeq; jus habet ad aeternam haereditatem.

Haec autem filiatio plane diversa est ab illa altera, nimirum, Christus sec. quod homo, non erit F. Dei Patris sub formali ratione ut P. est distincta hyp. sed erit Filius naturalis Dei uni et trini, eodem modo quo filius adoptivus est filius Dei unius et trini. Eadem igitur argumenta, quae excludunt filiationem adoptivam, superadditam filiationi naturali, pugnant vehementissime contra hanc quoque doctrinam.

a) a PP. nunquam alia comperta habetur filiationis ratio, nisi quod F. Dei genitus a Deo P. factus est homo - inferior ergo ratio Filii praeter commemoratam non est inducenda.

Argumentum Vasquezii (aliorumq) ad hoc reducitur: Hadrianus I. Conciliumq Francof: docent: verba in Christi baptismo coelitus audita esse verba totius Trinitatis dictaque esse Filio non sec. divinitatem tantum, sed potius sec. humanitatem

Ergo dicitur Christus 1° Filius naturalis totius Trin.

2° Filius Dei naturalis sec. humanitatem

ergo in humanitate ejus est ratio aliqua, qua sit Filius naturalis, non Patris personaliter spectati, sed Dei unius et trini.

At hoc alterum nusquam Hadrian. PP.que Concil: docuere - non volunt ostendere, in ipsa natura hum. esse rationem ex qua sit F. Dei naturalis, sed demonstrant, Christum dum est in carne et hic homo, esse proprium F. non adoptivum immo concludunt, Christum esse proprium F. Dei ex eo quod est verus Deus -

Dicunt igitur eodem modo Christum Filium Dei sec. humanitatem, quo eum dicunt magnum Deum, sec. quod homo est – atqui non dicitur magnus Deus sensu reduplicativo sec. humanitatem sed specificativo, quatenus est haec persona div. licet in assumpta humanitate. Pertinent igitur illa verba ad Christum ut hic homo est et div. hypostasis, habens hum. naturam.

Minime autem Christus ex sententia Hadr. dicitur F. Trinitatis – dicit enim esse verba Dei P. ad Filium suum J. Chr. – probat autem dicta esse ad Christum hominem, non autem solum ad Verbum sec. unam naturam div.

a) quia Sp. S. descendit super hominem s. super Dei hominisq. Filium –

b) verbum „complacui" non ad solum P. referendum est sed ad totam Trin. – jam non possunt dici, tres personae complacuisse sibi in F. spectato solummodo sec. div. naturam, quia hoc soli P. conveniret, ergo F. in quo tres personae sibi complacent, dicitur F. aeterni Patris, ut hic homo est –

Hoc unum igitur ex verbis Pontif. consequitur, Trinitatem complacuisse sibi in Filio Dei Patris incarnato, minime autem inferri pro auctore Vasquezio, Christum esse F. Trinitatis sec. humanitatem suam.

Est igitur res inaudita, Christum aliam ob causam dici Filium Dei P. nisi ob hanc, quod est persona ab aeterno genita a Deo P.

Animadverte, non idem esse quaerere

cur Christus, ut hic homo, sit F. Dei naturalis

et cur F. Dei naturalis sit homo.

Hic homo est F. Dei naturalis, quia generatur a P. communicatione div. naturae, quae est vere natura hujus hominis.

Filius Dei naturalis est homo, quia hum. natura est ei hypostatice unita.

Non recte igitur Petav. (qui videtur ambas quaestiones confudisse) et recentiores dicunt, ex mysterio Incarn. demonstrari praeter generationem aeternam esse aliam rationem filiationis naturalis, nempe unionem hypostaticam –

Ratio enim cur hic homo F. sit F. Dei naturalis, non est alia, quam quod a P. generatur – unio vero hyp. hum. naturae ad hanc personam ratio est, cur F. Dei naturalis genitus a P. vere sit homo. –

Excerpta Frzl.

Th. 38 (seqq.)

b) PP. diserte abhorrent doctrinam, ~~et~~ quae dicat Cstum Filium alius personae div. praeter P. eamque pro re inaudita habent.

c) Filiatio haec, sec. quam Cstus (quatenus homo) dicitur Filius naturalis Dei unius et trinius, non minus est impropria atque analogica, quam illa altera mere adoptiva. Non datur enim alia ratio filii naturalis, nisi per veram generationem.

Si enim sanctitas connaturalis jusque ad div. haereditatem (ut volunt isti theol:) constitueret filiationem naturalem, distinctam a generativa, Sp. S. potius dicendus esset F. Dei, quod tamen esset re vera inauditum.

Refellitur autem haec doctrina ex eodem capite, quo Adoptianorum haeresis, nempe ex ratione filiationis quae proprie non convenit nisi hypostasi, in Csto autem non est alia hyp: praeter increatam, cui convenit Filium esse per naturam.

Jam vero eidem hyp: div. etiamsi habeat hum. quoq naturam, non potest inferior minusque propria ratio filii convenire.

Illud quod de aliquo dicitur sec. perfectam rationem, non est dicendum de eo sec. rationem imperfectam.

Ut autem filiatio adoptiva consequenter duas videtur personas Csti inducere, idem dicendum est de quavis alia Filii ratione, quae admittatur in Csto praeter illam, quae est per generationem.

„Quicumque dicit aliud convenire homini, in quantum est homo, et aliud Filio Dei in quantum est persona, solvit Jesum; sed filiatio convenit ei, in quantum est persona; ergo qui aliam filiationem ei convenire dicit sec. quod est Deus et aliam sec. quod est homo, solvit Jesum etc. - Alb. M.

Obj. Cstus quatenus est homo sanctificatus et haeres bonorum Dei, vel est F. Dei naturalis vel adoptivus atqui non hoc - ergo illud -

R. M. Cstus ut hic homo, haec hyp: sanctificata sec. suam naturam hum. C.

quatenus est homo sanctif: sensu formali, ut in sanctif: sit ratio filiationis vel naturalis vel adopt. N.

Obj: Si P. vel Sp. S. esset incarnatus, sane, quatenus homo, esset F. Dei non autem solius Dei P. sed Dei unius et trini - ergo -

N. A. Ille ~~homo~~ non esset F. Dei neque naturalis neq adopt. non esset adopt. - quia adoptio div. supponit personam adoptatam extraneam, quae non sit naturae div. non esset naturalis

immo homo P. - esset P. a nulla persona div. genitus sed generans F. - itaque non naturalis F. Dei sed P. Filii sui naturalis - Sp. S. autem incarnatus non esset F. Dei naturalis, quia non generatur, sed esset procedens a P. F. Q.

Communicatio idiomatum servaret eundem ordinem in hypothesi incarnationis P. vel Sp. S. - qui existit quoad V. incarnatum. -

Schol. 1. PP. qui videntur Xtum, qua homo est, Filium Dei adoptivum dixisse, vel 1° intelligunt liberam ac gratuitam hum. naturae adoptionem i.e. assumptionem vel 2° non de Xto loquuntur, sed de nostra adoptione, quae est fructus meritorum Xti - servq

Schol. 2. Quae: an et quo sensu Xtus homo sit relate ad Deum.

Nota servum inter homines non se et intrinsece, sed extrinseca juris positivi dispositione esse inferioris conditionis - creaturae autem relate ad Deum ex intima et absolute necessaria rerum essentia, infinite inferioris sunt conditionis, ita ut in toto esse suo absoluta subjectione pendeant, a Dom. Deo creatore suo. Voluit tamen Deus creaturas rationales elevare ad consortium div. naturae, ut possit haeredes esse boni infiniti - unde non solum externa dispositione sed interna transformatione supernaturali constituuntur filii, non quidem naturales, sed adoptivi -

Haec adoptio non aufert simpliciter conditionem servi, nam filii adoptivi servi sunt comparate ad Filium proprium, aufert eam tamen sec. quid, quatenus servitus non solum conditionem inferiorem plenamque dependentiam essentialem creaturae, sed conditionem quoque alieni exclusionemque a jure haereditatis complectitur.

Unde filii adoptivi servi non sunt comparate cum extraneis. -

Servus Servitusque in Scr. quinque modis dicuntur:

1° Servitus creaturae, quatenus est creatura, ex essentia ejus consequens – magis proprie solae creaturae rationales servi dicuntur.

2° Servitus in oppositione ad statum adoptionis. Lex vetus „in servitutem generat", in nova lege gratiae est „adoptio filiorum – S. Paul.

3° Servi dicuntur nobilissimi inter filios adoptivos, opposite ad Filium proprium Patri aequalem – „Moyses in tota domo tamquam famulus – Christus vero tamquam Filius in domo sua" S. Paul.

4° Servus Dei specialiter et honorifice eos designat, qui Dei voluntatem exsequuntur, etiam absque amore liberaque obedientia, ut Nabuchodonozor – potissimum autem eos declarat, qui Dei mandata ex reverentia cum amore exequuntur: Moyses, David, prophetae ...

5° In N. T. „servus Dei" indicat obsequium, reverentiam, submissionem Christi hominis erga Deum ejusq. legationem vicissimque exprimit Dei amorem et complacentiam in Christo homine. – Haec significatio non excludit rationem F. naturalis neq. personam tamquam inferiorem exhibet, includit tamen inferiorem naturam hum., sec. quam solam Filius Dei pot. praestare obedientiam. In N. T. hoc nomen numquam de Filio adhibetur, ut monet Hadr. I.

Conclusio haec esto: nomen servi hypostatice sumptum, excludit rationem F. naturalis aequalitatemq. cum Deo – hoc sensu usurpatum a Nestor: et adopt. rejectum est a PP. Francof. et Hadr. Pp. Nomen servi sumptum ad significandam naturam hum. inferiorem atque submissionem obedientiamq. cum adsignificatione hypostaseos citra inclusionem inaequalitatis, pot. adhiberi de Christo et ita dicitur tum in V. T. tum a PP.

Adjective; natura hum. per se spectata potest serva dici – substantivum enim semper adsignif. hypost: Filius adopt: semper accipitur hypostatice excludtq. filiationem propriam, „servus" de natura quoq. dicitur.

Qu: quo sensu dici possit Xtus creatus et creatura.

Nota, ea idiomata naturae hum., quae adsignificant hypostasin determinate humanam et creatam (non autem in confuso) non possunt, quamvis in concreto praedicari de hyp. Xti – cujus modi sunt creatura et creatus. Quod si fit, distinctione opus est hac:

Creatura dicitur

1° quod simpliciter immediate vel mediate productum est ex nihilo

2° quod per aliquam actionem coepit esse non simpliciter, sed ad hoc aliquid.

Priori sensu patet solam naturam hum. Xti dici posse creaturam, non autem Xtum.

Posteriori sensu Xtus formaliter ut Xtus s. ut homo sine dubio creatus est et creatura – nam ante incarn. non erat Xtus neque homo formaliter ut Xtus et homo, quamvis ab aeterno esset hyp. quae in tempore facta est Xtus homo.

In Scr: Filius Dei qua homo et Xtus, dicitur factus, generatus ex semine David, ex muliere, numquam simpliciter dicitur creatus nec factus – quamvis Jesus dicatur factus Dom. Xtus, Pontif. Apost.

Schol. 3. „qui praedestinatus est F. Dei in virtute" Rom. I. 3.4.

Qu: quo sensu possit Xtus dici praedestinatus.

Praedestinatio generatim est praeordinatio operis supernaturalis in mente div. speciatim est praeordinatio beneficii supernaturalis.

Pro praedestinatum dici objectum ipsum s. opus supernaturale in complexu – vel aliquid (objectum) alicui (subj.) vel aliquis ad aliquid.

Quidquid in mysterio incarn. factum est in tempore, etiam ab aeterno praedestinatum est –

itaque quo sensu dicitur: Xtus factus est in tempore dici pot: Xtus praedestinatus est ab aeterno.

Inde

1° praedestinata est ipsa V. incarnatio, hoc opus in complexu, ut F. Dei sit homo homoq. sit Filius Dei

2° Hum. naturae Xti per se spectatae praedestinata fuit gratia unionis (non autem hyp:)

3° hum. natura praedestinata est ad unionem cum Verbo – ad omnes gratiae et gloriae thesauros †

† Qu: jam: quomodo possit Xtus homo praedestinatus esse F. Dei s. ad hoc ut sit F. Dei

Non eo sensu, ut menti div. obversaretur haec persona tamquam subj. praedestinationis, cui filiatio div. praedestinaretur – est enim F. non factus, sed ab aeterno intrinseca necessitate genitus

ergo hoc sensu: praedestinatum est, ut F. Dei sit homo homoq. sit F. Dei = praedestinatum est hoc incarnationis opus in complexu (ut supra). Praedestinatum est illud. quod factum est in tempore – atqui in tempore non homo J. praeexistens factus est F. Dei sed factum est. ut F. Dei sit homo J. et hic homo sit F. Dei

Simpliciter dici pot: Xtus est praedestinatus, non ut angeli et homines, sed Xtus praedestinatus est ut sit Xtus.

„Praedestinatus" quum dicat antecessionem, tripliciter eam importat, vel 1° respectu subjecti vel 2° respectu praedicati vel 3° respectu totius copulali – prior sensus de Xto falsus est, alteri duo adhiberi possunt (S. Bonav.)

Excerpta Frzl.

Th. 39

De B. V. Maria Dei genitrice.

I. Verbum mediate est semen Patrum, immediate est semen mulieris ut ex Scr. constat.

Hanc veritatem semper professi sunt Christiani in symbolis, omnesq PP. unanimi consensu declarant.

„Quod concepit Virgo, id peperit, id ergo nasci habebat, quod erat conceptum et pariendum" Tertull.

Itaq B. Virgo non genuit hominem per se subsistentem et Deo conjunctum, sed proprie genuit Deum.

Neque D. in carne aliunde accepta transiit per Virginem (Apollin. Eutych.) neq in homine et cum homine genito transiit Deus inhabitans (Nestor.) sed Virgo materno modo e sua substantia, supernaturaliter operante Sp. S. naturam hum. communicavit hypostasi div. hancq hominem qui est D. Verbum subsistens in hum. natura, non quidem sec. suam div. naturam sed sec. suam naturam hum. et quatenus homo est, vitali subministratione materna in similitudinem naturae ac matri consubstantialem veraciter genuit.

Nisi veraciter genuisset, mater non esset, nisi proprie Deus ipse esset terminus generationis, mater Dei non esset.

Consideramus duos generationis terminos, et completum et formalem. Prior est is qui generatur, in quo ex derivatione naturae oritur relatio filii ad generationem, persona s. hyp:

Terminus formalis, id quo persona generatur, est natura quatenus communicatur a generante in personam s. hyp.

Natura hum. non ut per se existens derivatur ex substantia Virginis matris, sed D. Verbum illam ex matris substantia sibi adformavit suamq fecit ac per eam D. constituitur homo - ideo termin. completus hujus generationis est Deus Verbum in hum. natura subsistens homo est; term. formalis s. principium quo generatur est hum. natura administratione materna ex matris substantia communicata.

Qu: quomodo possit hyp: ab aeterno praeexistens terminus esse generationis, quae simpliciter neq producitur neq produci pô?

Propagatio naturae in generationibus creaturarum est multiplicatio ejusdem specificae naturae per vitalem derivationem ex ipsa substantia generantis ... haec derivatio ex parte matris est potissimum materiae subministratio. Neq requiritur, ut totum, ex quo natura hum. constat, ex ipsa generantis substantia derivetur, sed ut talis sit derivatio, ex qua sec. legem a Deo institutam oriatur natura hum.

(Parthenogenesis)

Resp. Ut vera sit generatio, oportet sane hypostasin sec. aliquam suam naturam produci, et alia erit conditio ejus qui non habet nisi unam naturam unamq generationem - aliaq ejus qui duas diversas habet et naturas et nativitates.

1° In Deo † natura Filii non producitur, sed communicatur a P. directe producitur hyp: relativa, term. formalis productionis.

† Productio in generatione non est effectio ex nihilo, sed ex parte generantis est expressio substantialis sui ipsius in alio a se distincto, ex parte geniti processio a principio generante.

2° In generatione mere hum. producitur natura ut term. formalis, quae si per se et in se producitur (ut semper fit), eo ipso rationem habet hyp. itaq per naturam simpliciter producitur hyp: ut term. ultimus et completus.

3° In generatione Dei-hominis producitur per naturam productam non hyp: simpliciter, sed hyp. formaliter ut homo est.

II. De re ipsa, quae significatur voce θεοτόκος nunquam dubium exortum est inter cath: a temporibus apost: usq ad Nestor: hicque ob vocis oppugnationem statim detectus est haerctiius

Jam ipse Jul. an. Ap: nomen hoc exprobraverat catholicis, nec non Jo. Antioch. Theodoretusq olim Nestorio conjunctissimi testantur

„vetustos et vetustissimos praedicatores orthodoxae fidei juxta apostolicam traditionem Mariam θεοτόκον nominare docuisse.

Praeterea appellatio illa diserte occurrit ap. Orig. Dionys. Alex. Athan. Eeuseb. Basil. Nazianz. al.

III. Sicut in doctrina Trin. vox ὁμοούσιος habita est a PP. tessera orthodoxae fidei quod exprimeret et personarum distinctionem adv. monarchianos et naturae unitatem adv. Arian -

ita vox θεοτόκος habetur velut symbolum et compendium totius doctrinae de Incarn.

„Hoc nomen totum commendat Incarn. mysterium ... exprimit enim unam hypostasin, duas naturas et duas generationes D. N. J. Chr." Damasc.

IV. Dignitas Matris Dei rite aestimatur ex dignitate Filii. Maternitas pot. spectari:

1° physice, per se - Pars aliqua substantiae matris tamquam a principio (materno modo) generante derivata fit natura hypostatice unita et propria

Dei V. Verbumq ipsum fit homo ex materna substantia.
Inde affinitas intima cum Deo homine, qualis inter ~~unumquemque nostrum~~ hoc ego et matrem ~~ejus sec. naturam~~ carnale existere solet.
Quamvis enim natura F. sit numerice diversa a natura matris, est tamen illa hujus fructus ab eaq tamquam a causa sua derivatur.
Hinc S. Petrus Damian. dicere potuit
Tribus modis inesse Deum aliis creaturis: essentia operatione, illuminatione; quarto modo inesse uni creaturae videlicet Mariae V. identitate, quia idem est quod illa.

In qua affinitate includitur mirabilis relatio matris Dei ad Deum P. et ad Sp. S. –
ubi duo sunt cavenda
1° ne dicatur Virgo socia Patri ad generationem Filii, qua generatur a P. sive haec generatio spectetur in ipsa Incarnatione s. extra eam
2° quamvis hum. natura hypostatice unita sit Verbo spiranti cum P. Spiritum S. nullus tamen actus hum. pô ad hanc spirationem concurrere – hujus spirationis principium aliud non est quam P. et F. quatenus unum sunt div. natura sub formali ratione dilectionis productivae –
humanitas non est principium Sp. S. sed Sp. S. cum P. et F. causa est humanitatis et unionis hypostaticae ad F.
Relatio Virginis matris ad Deum P. in eo est quod Filium, qui a P. generatur sec. naturam div. ipsa generavit sec. naturam hum. –
relatio ad Sp. S: quod Filius Virginis est (sec. divinitatem principium Sp. S. – idem sec. humanitatem est fructus et effectus Sp. S. per ejus supernaturalem operationem in Virginem matrem.
Hoc ultimum, quamquam est opus Dei unius et trini, propter modum tamen efficientiae habet singularem analogiam cum personali charactere Sanctitatis et Amoris subsistentis, ideo Sp. Sancto tribuitur in recto tamquam principio quod operatur, quamvis pari ratione includatur et P. et F. –
Haec materna cum F. Dei cognatio tum naturalis tum supernaturalis (ut excedit vires naturae et opus est Sp. S.) tum quod terminus generationis supergreditur ordinem creaturarum, constituit dignitatem, quae in suo genere, ~~ex~~ ratione maternitatis divi infinita pô.

Div. maternitas in se et physice spectata non est formaliter ipsa matris sanctificatio, sed alterius est ordinis, pertinens ad unionem hyp. quam intrinsece respicit.

Unde donis supernaturalibus distributis in dona ordinis simpliciter ontologici, ordinis sanctificationis et ordinis beatificationis vel distinctione facta inter gratiam gratis datam et sanctificantem – div. maternitas referenda est ad gratiam gratis datam. Haec tamen inadaequata consideratio est maternae dignitatis.

2° maternitas div. consideratur in connexione cum omnibus donis sanctificationis et beatificationis. Est radix et fundamentum plenitudinis gratiarum quae ab immaculato conceptu usq ad exaltationem ejus super omnes meras creaturas B. Matri collatae sunt,

Maternitas per se et abstracte spectata alterius est ordinis quam gratia sanctificans; spectata autem in concreto (nexa est)(et)includit plenitudinem gratiae sibi respondentem, gratiam in praesenti rerum ordine non inferiorem nisi sola unione hyp. „esse matrem Dei per naturam necessario claudit in se Filium Dei adoptivum" Albert. M.

i.e. mater Dei per naturam, necessario necessitate nimirum morali connexionis, est filia Dei per gratiam adoptionis.

Coroll. 1. Relatio filiationis ad matrem in Cto est realis. Fundamentum ejus in Cto (sicut in aliis hominibus est, quod hum. naturam suam habet ex substantia matris, est igitur fundamento aliquid maxime reale in Cto, quo formaliter et homo est, pendet a matre sua. Qui autem negabant realitatem relationis, non considerabant Ctum nisi sec. div. suam naturam.

Obj. Quot sunt filiationes, tot sunt filii; atqui in Cto duae sunt filiationes, ergo –

Resp. D.M. tot sunt filii, quot filiationes si filiatio (filietas) = filius C.

si filiatio = relatio filii ad terminum suum subd. M. si sunt plures relationes ad eundem terminum (ut filiatio naturalis et adoptiva) Tr:

si sunt diversae relationes ad diversos terminos N: (vel sec. duplicem diversam generationem vel concurrentes in una generatione ut in naturalibus) +

+ D. Min. sunt in Cto duae filiationes in priori sensu (abstracti pro concreto) N.
Sunt unius Filii duae relationes diversae ad diversos terminos C.
Ergo unius F. duae sunt nativitates duaeq naturae, non autem duo sunt Filii.

Sectio III
De modo quo humana natura Verbo unita sit.

Cap. VI

De consectariis quae ex diversitate naturarum in una persona consequuntur, directe spectata duarum naturarum distinctione.

(Th. 70 – 75)

Excerpta Frzl.

Th. 40.

De duplici Cti voluntate, operatione ejusq operationibus theandricis

—

I. Illi ex orientalibus, qui monophysitarum haeresi clam addicti, eam retinere incipiebant, quin tamen duas negerent in Cto naturas (adversus Leonem Pp et Concil. Chalcd.) unam in Cto asserebant operationem unamq voluntatem, unde nomen eorum, monothelitae. Dicebant: Verbum sec. div. naturam principium immediatum esse omnium operationum ac volitionum, dum iners per se hum. natura reciperet in se actionem div. Verbi. Hum. sane naturam non divinam esse, ajebant, principium tamen actionum compositum esse unumq ex div. humq. natura, eo fere modo, quo in nobis anima corpusq unum agendi principium constituunt quove Apollinaristae Verbum loco mentis substituebant tamquam formam et principium rationalium Cti actionum. Inde omnem ἐνέργειαν omnemq actionem ex divina Verbi virtute esse. —

Doctrina haec, utpote mixtionem naturarum tacite includens, una cum monophysitarum haeresi jam praedamnata fuit, postea speciatim a PP et Conc. confutata est atq damnata

1° Ex universa vita Cti et doctrina revelata demonstratur praeter div. et operationem et voluntatem in Cto humana quoque et voluntas et operatio „non mea voluntas sed tua fiat" Matth 26. 39 „non quaero voluntatem meam sed voluntatem ejus qui misit me" Jo. 5, 30.

„Factus est obediens usque ad mortem" Phil. II. 8.

2° Ostendebant PP in duplici Cti naturam, quam monotheletae non audebant negare (propter monophysitismum solemniter condemnatum) implicari quoque duplicem et operationem et voluntatem

a) ex notione natural:

„nulla natura operationis expers est" Dam. hinc: qualis natura, talis operandi facultas. Qui ergo in Cto praeter div. naturam etiam hum.

concedit, eo ipso humanam agnoscit operandi volendiq facultatem - praeterq operationem div. operationes et volitiones hum. Immo directe in revelatione exhibentur nobis duplices operationes in Cristo, ita ut harum discrimen melius perspectum habeamus, quam ipsam distinctionem naturarum. Harum enim cognitionem non perspicimus nisi illis exploratis, ita ut ex operationum qualitatibus naturas quibus inhaerent ~~ipsas~~ deducamus.

Ita S. Agath. Ep. S. Sophr.

b) altera Agathonis Ep. argumentatio haec fere est:

Operationes volitionesq Cristi, quas nos humanas dicimus, monothelitae sunt aut divinae dicendae aut non divinae.

Si non divinas dicunt, eo ipso affirmant Cristi operationes duplicis ordinis esse, alias div. alias non item, quarum sc. principium, quo eliciantur, non sit div. natura.

Si div. dicunt, omnia quae Cristus egit passusve est, necessario toti Trin. tribuunt, quia ~~div.~~ quam natura tum operatio semper una est. Sicque incidunt in theopaschitarum deliramenta.

c) Stabilito principio ad dogmatis explorationem gravissimo, numerum τῶν ἐνεργειῶν et voluntatum non sequi numerum hypostaseon sed naturarum, demonstrant PP ab haereticis, prae numero hypostaseon unam vel multiplicem affirmantibus operationem, funditus perverti quam Incarn. tum Trin. mysterium.

II Principium formale, quo Cristus vult et operatur, duplex est, natura div. et natura hum. ita ut voluntas et operatio div. sit ei communis cum P. et Sp. S. voluntas autem et operatio ~~divin~~. sit ei propria. Principium porro quod vult et operatur, est una hyp: div. Itaque Verbum subsistens in div. natura operatur humanitus, ἀνθρωποπρεπῶς, non per div. sed per hum. naturam, et hic homo J. in natura hum. extans operatur divina, θεοπρεπῶς, in unitate cum P. et Sp. S. non per naturam ~~div.~~ hum. sed ~~humanam~~ divinam.

Sicut neque ex duabus naturis in Cristo una existit natura, ita neque duae operationes componuntur in unam ἐνέργειαν, verum inconfusae uniuntur, quatenus unus est operans div. et hum. utraque

operatio ejusdem hyp: licet. sec aliam et aliam naturam. Operans autem quum sit θεάνθρωπος, θεάνδρος, ἀνθρωπωθεὶς θεός, recte omnis ejus operatio tum sec. ~~naturam~~ hum. tum sec. div. edita naturam (post incarn. nimirum) subministratate natura hum. recte deivirilis dicitur operatio, θεάνδρικη ἐνέργεια. —

Quae vox primum occurrens in Dionys. ep. ad Cajum, saepe ab haereticis monothelitis abusive adhibita fuit, contra PP. genuinum ejus sensum interpretabantur in hunc modum, ut indicaret unitatem hypostaseos, operantis div. et hum.

Vox autem ipsa apud Dionys. duplicem sensum habet: „divina non ut Deus patrabat, neque hum. ut homo, sed quoniam est Deus factus homo, novam quandam deivirilem operationem nobis dispensabat"

Quo sensu PP. quoque vocem illam semper intellexere: dicunt deivirilem operationem

1° quamcunque operationem Cti hum. quia

a) est operatio Verbi, ideo ratione operantis est actio infiniti valoris, dignitatis.

b) Ctus nullam edidit operationem hum. quin interveniret operatio div. non solum concursu generali, sed quia Verbum spectatum sec. div. naturam, (utut τὸ ἡγεμονικόν), omnes actiones hum. (passiones, dolores) speciali moderabatur directione, permissione.

„Verbum carne sua propria tamquam organo utebatur ad carnis opera naturalesq. infirmitates et quaecunq. sunt irreprehensibilia, anima item sua propria ad hum. irreprehensibiles affectiones". Cyrill.

2° specialius: omnem operationem div. ad quam Ctus uti ministerio voluit hum. operationis. Hinc omnis operatio Cti, quam ut Verbum exercet, deivirilis erit, quatenus intervenit duplex distincta operatio. Operatio div. Cti (e.g. in miraculis edendis, est ei communis cum P. et Sp. S. operatio vero quam Ctus elicit per naturam hum. — ἀνθρωπικὴ θεουργία, (Dionys) propria est hyp. incarnatae, sicut ei propria est hum. natura. Haec autem nullo modo ei communis est cum P. aut Sp. S.

Scholion. In natura lapsa appetitus rebellatur contra rationem legemq divinam, inde pugna dissensusq, spiritu concupiscente adversus carnem, carne adversus spiritum.

Facultas volendi una est, quum vero alliciatur bonis duplicis ordinis, nimirum iis quae spiritui placent suntqe honesta, aliis quae naturam corruptam delectant suntq honestis adversa, inde duplex oritur tendentia et duplex quodamodo voluntas, ea quae spiritus est, ad superiora tendens, et voluntas carnis, quae illi est contraria.

Monothelitae autem, genus hominum fraudulentum, tacite assumebant, in Cto voluntatem spiritus esse voluntatem div. naturae, voluntatem autem hum. si quae in Cto esset, non aliam fore quam corruptam contrariam voluntati spiritus. Duas nempe voluntates in una persona esse non posse nisi contrarias, quum autem constet in Cto non esse voluntates contrarias, ergo unam esse voluntatem.

Catholici, dolis eorum non statim perspectis, existimare poterant, ab illis hominibus vel duas negari in Cto voluntates hum. invicem pugnantes vel (quod eodem recidit) negari voluntatem hum. contrariam divinae utramq dici unam consensione, quae omnia sana essent et orthodoxa.

Ita sine dubio Pp. Honorius I intellexit Sergium Ep. quum ei retulisset disputationem obortam inter Cyrum (Al.) et Sophronium (Ier.).

Cyrus approbante Sergio ad conciliandos monophys. animos unam dixerat voluntatem Cti, postea Sergio hortante abstinendum statuerat a praedicatione tum unius tum duarum voluntatum. Honorius ex Sergii ep: nihil aliud eruere potuit, nisi agi de duabus voluntatibus contrariis in Cti humanitate hocq negandum esse declaravit.

1° Testantur hoc: Joannes IV, Honorii successor S. Maxim. – Jo. abbas qui et Honorio et Joanni IV fuerat a secretis epistolamq Honorii ad Sergium scripserat

2° Ex ipsis verbis Honorii:

Th. 40 (seq.)

„Unam voluntatem fatemur D. N. J. Chr. quia profecto a divinitate assumpta est nostra natura, non culpa – etc.

in quibus verbis aliisq. semper hum. voluntas praeter divinam ubiq supponitur et solum negatur voluntas carnis contraria voluntati div. (ut declaravit Jo. IV)

3° Honorius diserte duplicem in Cto operationem docet, praesertim in 2 ep:

utrasq naturas in uno Cto ... cum alterius communione operantes atq operatrices confiteri debemus, et div. quidem quae Dei sunt operantem et hum. quae carnis sunt exequentem ... etc.

4° Honor: consensit Sergio ac Cyro, ne adhiberentur „unius vel geminae operationis" vocabula, quod nulla eorum esset necessitas ... „ne parvuli aut duarum operationum vocabulo offensi sectantes Nestorianos nos vesana sapere arbitrentur; aut certe, si rursus unam operationem D. N. J. Chr. fatendam esse censuerimus, stultam Eutychianistarum dementiam fateri putemur"

Statuit itaq. Pp. ut pro una operatione diceretur unus in utraq natura operator Ctus Ds. proq duabus operationibus duae naturae, divinitatis et carnis assumptae propria operantes – τὰς δύο φύσεις ... ἐνεργούσας τὰ ἴδια ...

In quibus recte consideratis quamvis nulla insit haeresis, tamen istis in adjunctis, nempe monotheletis tollentibus professionem duarum operationum, quam negarent hum. naturam sua operantem, Pontificis suppressio disertae professionis duarum voluntatum et duarum operationum Cti spectabat, quamvis invito Pontif. ad catholicos impediendos in defensione fidei haereticosq expeditiores reddendos.

Hoc sensu sc. „consentientis s. condescendentis et firmatoris haereticorum" Honor. damnatus fuit in Conc. VI.

Excerpta Frzl.

Th. 41.

De sanctitate increata et creata hum. naturae Verbo hypostatice unitae.

I. Sanctitas in Deo est ipsa div. essentia, formaliter quatenus est essentialis et necessaria norma omnis rectitudinis moralis. In creaturis sanctitas est aliqua sanctitatis div. participatio, imitatio, quaedam deiformitas; conjunctio ergo cum Deo sanctitate essentiali, quae conjunctio in meris creaturis est accidentalis per esse, substantialis vero solummodo ratione terminorum, qui ununtur supernaturali cognitione et amore.

In Cto hum. natura non solum accidentaliter, sed substantive unitur Deo, sanctitati essentiali, non ita, ut hum. natura fiat ipsa sanctitas essentialis, essentia div. sed ut hic homo sit Deus, habens div. naturam et sanctitatem essentialem sibi propriam.

Haec est sanctitas suprema, ad quam natura creata elevari pō, ergo natura hum. per ipsam substantialem sanctitatem in Verbo sibi unitam, suprema et objective infinita sanctitate sanctificatur.

„Est divinitas unctio humanitatis" Dam.

Quoniam sanctitas essentialis div. non tanquam forma inhaerens, sed per unionem hyp. sanctificat humanitatem intelligitur, ser simul cum sanctitate non possunt formaliter communicari cetera div. attributa – hoc enim esset, attributa div. fieri formaliter attributa humanitatis.

(Verbi persona non unitur hum. naturae ita, ut ejus natura div. unum fiat cum natura hum. sed ut naturae hum. det subsistentiam. Sed eo ipso natura hum. ordinatur ad supremam complacentiam div. ad visionem et fruitionem beatificam, in qua ipsa est sanctitas.)

II. Praeter gratiam unionis Ctus habuit etiam gratiam creatam habitualem ejusq. animae facultates fuerunt elevatae permanentibus habitibus, qui sunt virtutes infusae cum gratia habituali connexae. De qua res quamvis inter schol. doct. non sit dubitatio, tamen de modo probandi de que gradu certitudinis controvertitur. –

III. Quae gratia creata non est fructus aut praemium meritorum, sed ornatus connaturalis dignitati naturae a F. Dei assumptae; fuit autem collata in ipsa incarn. Quando autem sermo fit de profectu F. in sapientia et gratia, haec non cum Güntherianis ita accipienda sunt tanquam homo F. paulatim, aliorum hominum instar, sui conscius factus sit ipsamq visionem beatificam sibi suis meritis comparaverit, sed sec. PP

Th 1. 8. 10. 11. 12. 15. 21. 24. 26. 28. 29. 31. 32. 34. 35. 37. 38. 41. 42. 43. 45. 50.

explicanda de ostensione sapientiae et sanctitatis, respondente profectui aetatis. Actus sapientiae et gratiae vere infinitaeq. Deo grati fuere meritoriiq., non ad incrementum gratiae pro Cto operante, quia a primo ortu secundum haec consummatus fuit comprehensor, sed in actu primo digni mercede infinita, in actu secundo meritorii eorum, ad quae dirigebantur, denique meritorii gratiarum bonorumq. omnium supernat. quae hum. generi conferenda erant

IV. Jam intelligitur, quaenam sit gratia capitis: non alia est, quam ipsa gratia unionis hyp. et plenitudo gratiae creatae in relatione ad creaturas potissimum rationales. Erit autem triplex: sec. perfectionem dignitatis, potestatem dominationis, virtutem sanctificationis. –

Excerpta Frzl.

Th. 42.

De perfectione scientiae in anima Chti, tum visionis et infusae tum acquisitae.

Duplex in Chto, dum in carne versaretur, conjunctus fuit status et viatoris et comprehensoris.

Jam dubitari nequit, quin in Chto infuerit scientia aliqua, distincta a natura hum. quamvis elevata. Erit autem hujus elevationis norma dignitas personae, cui quam assumpta est hum. natura, haec autem est infinita. Scientia porro hum. respondebit elevationi naturae, cavendum tamen est, ne confundatur cum scientia div. Erit autem triplex, sec. duplicem illum statum comprehensoris et viatoris: sc. visionis beatae, infusa, acquisita.

I. In angelis beatisq. comprehensoribus cognitio duplex a PP. admittitur, matutina et vespertina: prior est visio intuitiva Dei aliorumq. objectorum, visio in Deo ut in causa exemplari et efficiente s. visio in Verbo ut in plena, adaequata paterni intellectus expressione. Altera est rerum cognitio in se ipsis.

Chtus ab exordio vitae suae mortalis comprehensor fuit, tenuit igitur utrumq. modum cognitionis rerum tum in Verbo tum in se ipsis. Uterq. modus non pendet a sensibus neq. a repraesentationibus eorum haecq. cognitio rerum, ut in se ipsis sunt, longe diversa est a modo cognoscendi, quo res percipimus sec. modum nostrae naturae compositae cum dependentia a sensibus cumq. conversione ad phantasmata. Utraq. est per immediatam operationem Dei, prior per elevationem intellectus ad immediatam visionem Dei (lumen gloriae), posterior per impressionem idearum - prior vocatur sc. visionis, secunda sc. infusa. Loquimur autem hic de sc. per se infusa, non per accidens, quae etsi a Deo immediate communicetur nonnunquam, tamen acquiri pot. naturae studio et exercitio.

II. Scientia autem acquisita non tantum continet scientiam experientia, consideratione, abstractione aliisq. functionibus rationis comparatam, sed quamcunq. quae comparari potest naturali exercitio facultatum naturalium, cujusq. usus pendet a phantasmatibus. Haec scientia potest immediate a Deo communicari,

ita ut modus acquirendi sit supernaturalis, quamvis essentia naturalis permaneat - haec dicitur infusa per accidens - vel acquiritur naturaliter proprio facultatum exercitio eritque sc. simpliciter acquisita, empirica. -

Sc. utrumque modum ad Ctum pertinet, quatenus est in statu viatoris. Ea quae simpliciter acquisita dicitur, non potest negari, quin adsit periculum grave doctissimi, neque Angelicus eam (experimentalem) negavit; altera, per accidens infusa exigitur ob Cti dignitatem quippe quae concessa fuerit, Adamo, Salomoni, prophetis, ergo a fortiori - Cto - fuit autem, ut sequamur Cardinalis de Lugo probabilem opinionem, paulatim communicata, progrediente aetate. Non enim datur usus scientiae hujus, qui non pendeat ab organis corporeis, quod magis adhuc tenendum est de sc. acquisita, experimentali. -

Excerpta Fryl.

Scholion I. ad th. 40, 41, 42.

Absolute loquendo impassibilitas statusq gloriae tam sec. animam quam sec. corpus fuisset connaturalis humanitati Christi et per sese consequens ex visione beatifica.

Spectato tamen fine ac modo incarnationis – propter assumptum quoque statum viatoris, carentiae gloriae affectiones irreprehensibiles, ἀδιάβλητα πάθη – dolores animae et corporis, mors ipsa – hum. naturae Christi fuere naturales, si naturale dicitur quod ex conditione naturae per se spectatae consequitur, quodq. non fuit absorptum – non fuere naturalia, si naturale opponitur ei quod praeter et quodammodo exigentiam naturae Verbo hyp. unitae assumptum est ob finem specialem redemptionis nostrae. (Kiler). Pro eo igitur statu assumpsit necessitatem hisce defectibus subjacendi (Cf. Thom. 3 q. 14 a. 2).

Passiones illae erant in Christi potestate dupliciter: 1° div. persona sec. naturam div. spectata pro libera sua voluntate et potestate permisit hum. suam naturam propriae ipsius conditioni ad agendum et patiendum – hanc ἔνδοσιν PP. dicunt, veluti laxationem quandam permissionemq naturae hum. in propriam suam conditionem.

2° Alio modo eaedem passiones erant in ejus potestate sec. voluntatem hum. Affectiones animae plenae subjectae erant dirigenti voluntati rationali – potiori quidem ratione, quam in primo Adamo. Dolores autem corporis ejusq indigentiae, fames, sitis, fatigatio, concurrentibus causis, naturales quidem erant pro statu viatoris neq hum. natura eos non potuit sentire; pendebant tamen a libera ejus hum. voluntate, quatenus libere sponteq admittebat causas eorum; poterat enim Christus etiam sec. naturam, ut instrumentum est Verbi ad miracula perpetranda, effectus eos simpliciter a se arcere. –

S. Hieron. eas propassionem vocat, passionem autem quae dominatur animo etiam invito; al. PP. simpliciter dicunt passiones, vel addunt, irreprehensibiles. –

Ex plena appetituum subjectione apparet, cur neq Christus neq Adamus nondum lapsus potuerint ab intrinseco tentari, verum opus erat suggestione extrinseca.

Tentatio est objecti, in quod non potest assensus voluntatis ferri sine peccato, propositio cum illectione ad consensum; dirigitur ideo recte ad peccatum.

Deus neminem tentat, quamvis proponat objecta constituatq hominem in iis adjunctis, in quibus tentatur „a sua concupiscentia" Jac. I. 14.

Scholion 2 ad th. 40, 41, 42.

Praeter duplicem illum ordinem intellectionum, volitionum, operationum, qui duplicem Christi naturam consequebatur, in ipsa ejus hum. natura duplex quoque series intellectionum, volitionum, operationum admittenda est pro duplici statu viatoris et comprehensoris. Quae per se obscura mortalibus parumque intellecta conjunctio non eo modo videtur explicari posse, ut tristitia dolorq. parti inferiori, fruitio beatifica gaudiumq. parti superiori attribuantur, nisi dicas partem superiorem, sc. quod Christus erat comprehensor, inferiorem autem sc. quod erat viator.

Gaudium summum simulq. tristitia repugnant in uno subjecto, ubi unus est tantum modus cognitionis volendiq., respondens statui comprehensoris; non repugnant, ubi adest alter etiam modus cognoscendi ac volendi, sc. statum viatoris.

Gaudium summum simulq. tristitia de eodem et ex eodem motivo absolute repugnant; non repugnat absolute, ut in eodem subjecto simul sit gaudium et tristitia de diversis objectis et ex diversa ratione.

Concedimus tamen, connaturaliter ac per se visione ac fruitione beatifica excludi omnem dolorem omnemq. tristitiam.

Supposito tamen duplici illo comprehensoris et viatoris statu, status comprehensoris non modo non impedivit aut minuit, sed in immensum auxit atq. intendit dolorem ac tristitiam viatoris, quatenus visio amorq. comprehensoris influunt ad perficiendas in viatore tum cognitionem tum voluntatem.

Hinc ex influxu divinitatis, pro assumpta Redemptoris oeconomia, passio D. N. J. Chr. non solum non fuit imminuta verum aucta et quodammodo infinite intensa.

Th. 43.

De absoluta Chti hominis impeccantia.

I. Eadem duplex ratio, ob quam omnes Chti operationes sec. naturam hum. factas theandricas dicimus, in causa est, quod actus peccati in hom. Chto. absolute repugnat.

1° Verbum ipsum erat principium, quod operabatur per naturam suam hum. Peccaret igitur Verbum, si locus esset peccato in hum. natura. Non enim natura hum. esset is, qui peccaret, sed esset id, quo tamquam humanarum operationum principio peccaret div. hyp. formaliter ut homo est. Atqui repugnat, ut Verbum etiam per naturam assumptam peccet. ergo actus cuiusvis peccati in Chto homine repugnat.

2° Ubi operator s. principium quod realiter et ontologice unum est, plura vero principia, quibus agit, semper inferiora principia ad superiori sunt subordinata, cumque omnes actus humani in Verbo subordinentur et regantur ab eo spectato sec. div. naturam, cuivis defectus eorum a normali rectitudine redunderet in Verbum, secundum ipsam div. naturam spectatum.

Haec est luculenta PP doctrina Athan. Cyrill. Aug. Epiph. in Ancor. n. 79. 80. Deus Verbum, cum voluisset in carne nasci, velut freno regebat corpus suum, et prout vellet, ab inutili omni carnis actione cohibere poterat, permisit vero illud in corporales necessitates rationi consentaneas et suae divinitati convenientes.

Non potest admitti opinio quorundam theol: qui repugnantiam peccati in ss. humanitate assumpta non ex unione hyp: per se spectata sed ex plenitudine gratiae creatae vel ex visione beatifica unice repetendam esse putarunt.

Neque toleranda est Durandi opinio, nullam esse repugnantiam, ut per communicationem idiomatum dicatur Deus peccare, si dicitur mortuus esse. —

II. Quamvis ex dictis luce clarius appareat repugnantia actualis in Chto peccati ob duplicem allatam causam, non tamen satis inde elucet, cur

repugnat etiam quaevis macula peccati i.e. assumi naturam infectam peccato sive originali si statim ab initio fuerit assumpta sive contracta in subsistentia connaturali, si extiterit per se antequam assumeretur.

Hujus ratio ea est, quod non potest natura rationalis assumi in hyp. div. quin per ipsam sanctitatem substantialem sanctificetur fiatque objectum div. complacentiae in ordine ad visionem beatificam. De qua re vide Th. 41.

Coroll. Errat Güntherus dicens Christum hominem fuisse impeccabilem, quatenus Deus praevidisset eum non peccaturum esse; necesse vero fuisse ut secundus Adam subiret tentationem in qua non secus ac primus Adam aut abuti libertate arbitrii sui potuisset aut peccare. —

Excerpta Frzl.

Th. 44.

De Cti humana libertate hujusque conciliatione cum impeccantia.

—

Ad meriti rationem requiritur libertas non solum a coactione, sed etiam a necessitate.

I Constat nos meritis Jesu Cti redemptos esse atqui satisfactio pro offensis et meritum supponit libertatem in opere praestito. Sublata enim humana Cti libertate tota redemptionis oeconomia non pertineret amplius ad ordinem moralem, verum ad ordinem mere physicum.

—

Demonstratur autem humana Cti libertas eodem modo, quo vindicatur ipsa integritas humanae naturae ~~in~~ eo.
Libertas pertinet ad naturalem hominis perfectionem; ejus abusu homo periit, unde libera quoque voluntate reparandus erat, quia quod non assumptum est, non est sanatum (P.P.)

—

II. Libertas duplex est, tum ad agendum vel non agendum (exercitii, contradictionis), tum ad hunc vel alium actum (specificationis, contrarietatis).
Si spectatur generatim, facillime conciliatur cum Cti impeccantia.

Indifferentia (opp. necessitati) ad deficiendum et ad peccandum, non pertinet ad perfectionem libertatis in volendo et eligendo bonum, sed ad defectum libertatis, exsurgentem ab infirmitate creatae voluntatis et a servitute peccati.

Impeccantia in Deo, in beatis, in Cto, non tollit libertatem electionis simpliciter et quatenus est perfectio, sed solum excludit imperfectionem defectibilitatis, quae est in electione mala.

Sed quaestio est specialis, quomodo humana Cti libertas in certis quibusdam actibus et in morte subeunda consistere potuerit cum

ea perfectione libertatis, cujus electio versatur (non inter bonum et malum morale) inter bonum unum et aliud.

Videntur enim illi actus, ratione div. mandati ita boni, ut eos omittere vel pro iis alios ponere sit peccatum. –
atqui non est in Chto libertas ad peccandum,
ergo Chtus videtur non libere mortem subiisse, sed necessario (opp. libertati indifferentiae) ut necessario diligebat Deum.

—

Theologi variis modis difficultatem solvere conati sunt, neque minus quam undecim conciliationis modi enumerantur, quorum postremus septem praeterea continet vias diversas, ut asseverat Franc. Amicus, de Incarn.

Omnes illae rationes ad duas reduci posse videntur.

—

Primus modus.

Chtus ait, mandatum se accepisse a Patre ad mortem obeundam. Idem tamen Chtus dixit se animam suam a semetipso posuisse, unde voluntas Patris, quatenus antecedit liberam Chti electionem, intelligi debet divinum beneplacitum, humanae voluntati Redemptoris propositum ita, ut etiam alius redemptionis modus Patri foret acceptus. Quemcumque modum elegisset, semper suscepisset redemptionem ex obedientia, neque ad obedientiam requiritur praeceptum obligans sub peccato.

Consequenter autem ad praevisam Chti liberam electionem transit div. voluntas antecedens conditionata in voluntatem consequentem absolutam, ut Chtus hoc modo a

se decto humanum genus redimeret.

1° Praeceptum propositum sub obligatione peccati fuisset objectum naturalis et non liberae voluntatis Cti.

Voluntas naturalis dicitur, quae versatur circa objectum necessarium, ut in nobis voluntas naturalis est circa bonum in communi, libera circa bonum particulare. –

Si mandatum de subeunda morte accipitur pro mandato rigoroso, ipsa legis essentia tollitur, quia lex moralis s. mandatum est ad directionem liberae voluntatis, non autem respicit voluntatem determinatam ad unum. Proprietas enim intrinseca legis ac mandati moralis est ratio normae et directionis pro voluntate libera.

2° Sententia proposita impugnatur potissimum ex eo, quod non custodiat proprium sensum verborum; Ctus enim dicitur mandatum accepisse. At contra

a) illis in locis ipsis, in quibus contenditur intelligi debere mandatum antecedens et stricto sensu, PP. docent, personam Cti esse ejus perfectionis, ut hujusmodi mandatum strictum imponi ei non potuerit.

„neque enim legislator praeceptis subjiciendus erat" Jo. Chry.

S. Cyrill. docet praeceptum pro Cto intelligi debere consilium paternum, quod Filius cognovit et exsequitur „habes igitur in subjectione voluntaria voluntatum Patris ad impletionem, quas loco mandatorum Filius apud se esse ait.

Idem docent Aug. Basil. al.

b) PP. diserte declarant, nomine praecepti et mandati, quando refertur ad Ctum sec. naturam assumptam, hum. loquendi more, designari beneplacitum Patris, quo notam habet Cti voluntatem subeundi mortem

S. Jo. Chrys. „cum dicit se praeceptum accepisse a Patre, nihil aliud declarat, quam Patri placere

quod ipse facit etc. ... si praecepto opus habuisset cur dixisset: a me ipso pono (animam), nam qui a se ipso ponit, non eget praecepto."

Difficultas petitur ex eo, quod admissa hac PP doctrina, totum redemptionis negotium non ad div. sed hum. Chti voluntatem reduceretur.

Resp: Ipsum redemptionis consilium pariterq modus redemptionis per plenam integramq satisfactionem a Cto F. praestandam, generatim a voluntate Dei est, antecedente praevisionem volitionum hum. voluntatis; executio tamen sc. omnis particularis hicq singularis atq individuus redemptionis modus non fuit decretus sine praevisione liberarum volitionum Redemptoris sc. hum. naturam - quae tamen liberae volitiones hum. Chti, salva libertate, erant sub directione moderamineq infallibili divinitatis.

Compendium nostrae doctrinae ap. S. Anselm. med. XI de Redempt. -

"Nec hum. natura in isto homine passa est aliquid ulla necessitate sed sola libera voluntate ... nec ulla cogente obedientia sed potenti disponente sapientia. Non enim illi homini P. ut moreretur cogendo praecepit, sed ille quod Patri placiturum et hominibus profuturum intellexit, hoc sponte fecit. Non enim ad hoc eum cogere potuit P. quod ab eo exigere non debuit; nec Patri tantus honor potuit non placere, quem F. tam bona voluntate sponte obtulit. Sic itaq Patri liberam obedientiam exhibuit, cum hoc quod Patri placiturum scivit, sponte facere voluit. Denique quoniam P illi hanc bonam voluntatem dedit quamvis liberam, non immerito dicitur, quia eam ille velut praeceptum Patris accepit."

3° Ex Scr. nullum validum argumentum contra nostrum explicationis modum depromi potest. Nomen enim mandati et praecepti non semper sumuntur stricto sensu - cf. Matth. 19, 7.8 Marc. 10, 3.5 Judaei dicunt: Moyses mandavit scribere libellum repudii - (ἐνετείλατο)

Th. 44 (seq.)

Christus vero: Moyses permisit vobis (ἐπέτρεψεν). Ita apud Matth.

Apud Marc. ordine inverso

Judaei: Moyses permisit (ἐπέτρεψε) libellum repudii scribere.

Christus: quid vobis praecepit (ἐνετείλατο) Moyses? ob duritiam cordis vestri scripsit vobis praeceptum istud (τὴν ἐντολὴν ταύτην)

Duplex autem relatio, quam PP statuunt inter mandatum Christo factum non solum sec. hum. naturam sed etiam sec. naturam div. in ipso illo loco Scr. quem adversarii maxime urgent, observari potest. Jo. X, 18 potestatem habeo ponendi eam (animam) et potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre"

Mandatum refertur ad unum eundemq. F. sed duplex est, unum exequendum functionibus hum. naturae, alterum functionibus div. naturae. Licet utrumq. exequendum sit circa hum. naturam et in ea velut in subjecto, non tamen utrumq. per eam ut per principium operans. Uno tamen vocabulo utrumq. exprimitur, quamvis alterum non possit sensu stricto intelligi. Sed tum neq. demonstrari potest, saltem pro hum. natura accipiendum esse sensu stricto, neq. convenit proprietati sermonis, si utrumq. eandem retineat significationem div. consilii exequendi partim per div. partim per hum. naturam.

Probabilissime igitur videtur eorum opinio, qui censent nullum hum. voluntati Christi antecedens et absolutum praeceptum ad subeundam mortem fuisse impositum.

Ita: Paludanus, Dionys. Cartus. Victoria, Ribera, Velasquez, Petav. Pallavic.

Alter modus conciliationis.

Summa hujus opinionis haec est:

1° Etsi praeceptum absolutum, antecedens datum fuit sec. determinationem genericam, non tamen determinabat omnes actus in specie (sec. motiva gradusq. intensionis) – minus adhuc determinabat in individuo (i.e. tum ultimam speciem actuum internorum tum adjuncta omnia temporis, loci, personarum etc.

2° Omnis actus, qui elicitur, determinatus est in sua ultima specie et in individuo, neque dici pot. solummodo sec. rationem genericam. Omne enim, quod existit, singulare est ac determinatum. Hinc libertas vel necessitas non respicit genus sed specificam, individuam rationem actuum. Licet igitur genus indeterminatum non sit in potestate agentis, si tamen in ejus potestate est hic et nunc talis actus specificus, individuus, libere eligit inter actus ei possibiles.

3° Licet redemptio, haecq. per mortem, fuisset praecepta Cto, actus singuli manebant omnino liberi. –

Haec vero tota sententia fere non differt a priori nisi in eo, quod ibi objectum praecepti sumitur magis generice, hic autem magis specifice –

Coroll. 1. Sicut in beatis, ita in Cto, erat amor beatificus necessarius, non tamen omnes actus necessarii sunt, quando versantur circa objecta non necessario nexa cum amore Dei. Visio beatifica non impedit hujusmodi actum; si ergo Ctus amplius non meretur, hoc non ex defectu libertatis est, sed quod amplius non est, ut olim, simul viator et comprehensor, nunc autem consummatus in meriti plenitudine. –

Coroll. 2. Praedefinitio, praescientia, praenuntiatio non impedivit libertatem actuum in Cto. Praescientia visionis et praedictio supponit actus liberos tamquam suum objectum, non vero illorum est causa determinans. Praedefinitio constat ex praeparatione auxiliorum et adjunctorum sub quibus videtur creata voluntas infallibiliter, sed libere actum electura. Quia praescientia, praedictio, praedefinitio supponunt actum liberum, non possunt simul con÷

÷ sistere cum omissione actus praesciti, praedefiniti – nam esset hoc idem, ac si actus supponeretur simul esse et tamen non esset – sed est ea ~~libertas~~ necessitas consequens, quae nil obstat libertati. – In sensu composito, i.e. stante Dei praescientia ac praedefinitione, quae actum supponit, non pot. voluntas simul agere et non agere – haec est necessitas consequens. At hujus actus determinati divisio a Dei praescientia et praedef. est in libera voluntatis potestate, quia si non hunc sed alium actum eligeret, ut pot. libertate antecedente, hic actus non fuisset praescitus neq. praedefinitus.

Neq. impeditur Cti libertas ex eo, quod etiam sec. hum. naturam scientia tum beatifica tum infusa omnes actus suos futuros praeviderit. Haec quoq. praevisio actus libere elicitos supponit – unde sequitur libertas antecedens et necessitas solum consequens, quod sc. dum agit, non pot. simul non agere. –

Quomodo humanitas Verbo hypostatice unita ejusq partes et nominatim SS. Cor Jesu sint objectum adorationis latreuticae.

—

Praemittenda:

1° Adoratio generatim spectata est actus submissionis ad agnitam excellentiam alterius.

Tam diversa est ~~adoratio~~, quam diversa est excellentia ob quam alteri quis se submittit.

Excellentia vel est increata haecq Dei solius vel quaedam creata ejus participatio, haec iterum aut naturalis potest aut supernaturalis esse.

Omnia haec excellentiae genera non nisi analogice inter se conveniunt. Inde diversitas oritur adorationis generum.

Cultus soli Deo propter infinitam excellentiam deferendus, vocatur λατρεια – apud Latinos aliquando adoratio, quae tamen vox vulgo latius patet, ut Graecum προσκυνησις.

Cultus creaturis exhibitus ob excellentiam supernaturalem, vocatur δουλεια –

Qui cultus, quum B. Virgini debeatur in gradu excellentiori, recte ὑπερδουλεια dicitur.

2° Perfectio, objectum formale cultus, potest vel in objecto, quod colitur, inesse – vel in objecto immediato nulla inest perfectio cultu digna, sed relatio moralis cum illo, cui inest perfectio; demiq potest mera repraesentatio esse alterius per se colendi. Relationem habes in ligno crucis instrumentisq passionis, in reliquiis SS. in templis vasis etc. – Repraesentatio est in imaginibus.

Objectum in quo inest perfectio ratioq cultus, est objectum cultus absoluti, quamvis perfectio ~~creata~~ a Deo sit omnisque veneratio creaturae ultimo ad Dei glorificationem pertineat.

Objectum in quo tota venerationis ratio est repraesentatio alterius in se colendi, non potest terminus esse cultus absoluti, sed tota ejus veneratio refertur ad objectum repraesentatum: itaq cultus signi crucis imaginumq relativus est.

Quoad cultum tamen relativum haec erunt animadvertenda: †

3° Objectum adorationis et cultus spectari pō sec. triplicem rationem –

a) Excellentia ejus est formalis ratio adorationis s. objectum formale:

b) Objectum ad quod cultus dirigitur, vocatur obj. terminans aut materiale. Hoc obj. debet esse conjunctum cum obj. formali – quae tamen conjunctio multiplex esse pō

α) identitas utriusq objecti – ita Deus adoratur

β) excellentia inest in obj. adorando per modum formae: sapientia, sanctitas –

Utrumq obj. colitur in se et propter se, cultu non solum relativo sed absoluto –

γ) obj. terminans adorationem pō esse aliquid substantialiter unitum tamquam pars vel ad modum partis ipsi propter se et ratione formalis suae excellentiae adorando ita illud erit obj. directum quidem, sed partiale, obj. in se non tamen propter se illius adorationis et venerationis non relativae sed absolutae quae ad totum unum substantiale dirigitur.

δ) Obj. quod colitur, pō esse conjunctum cum obj. formali solum extrinseca habitudine, unitate quadam morali, ut imago cum archetypo – tum cultus prioris non est abs. sed relat. unumq in se subsistens colitur propter excellentiam quae in altero inest in se subsistenti. –

c) Obj. manifestationis illud vocatur, quo obj. colendum se manifestat. Praeter excellentiam enim quae est ratio cultus proxima, alia pō esse remotior, sed adoranti propior per quam et in qua adorandus se manifestat. – Fastigium manifestationis Dei dilectionisq erga nos est incarnatio. Ut obj. manif. pō non solum natura hum. integra considerari, sed singulae etiam ejus partes, actiones, mysteria. –

Thesis ipsa seq.

I. Supposita una persona in duplici natura, declaramus:

1º Hic homo J. Chr. adorandus est cultu latriae, est enim verus Deus

2º Adorandus est Chr.us, spectatus sec. div. naturam et spectatus sec. hum. naturam uno eodemq cultu supremo latriae. Una enim adoratio refertur ad hanc div. personam compositam quae connotat includitq utramq naturam. Ratio tamen form. cur Chr.us homo sit ita adorandus, non est hum. natura, sed hum. natura est ratio, qua ita adorandus Chr.us est homo.

Chr.us in quantum homo latreutice adorandus est (in quantum sensu specificativo, non reduplic.)

3º SS humanitas cum omnibus eam componentibus quatenus est natura Verbi, est obj. partiale latriae s. ejusdem cultus absoluti, quo adoratur persona Chr.us. Obj. integrum adorationis est haec persona composita Chr.us, includens naturam humanam ut suam sibiq propriam – cultus autem qui defertur personae, pro obj. habet personam, non solum sec. aliquid ejus, sed sec. omnia, quae ei substantialiter insunt, quamvis ratio form. cur persona colatur, sit solum sec. aliquid, quod inest personae.

Neq ideo adoratio humanitatis in Chr.o est solum relativa. Cultus enim relativus est, quando unum suppositum colitur propter excellentiam, quae est in altera hypostasi, ad quam illud suppositum habet relationem; at quae substantialiter insunt suntq propria personae colendae, ea terminant ipsum cultum absolutum toti personae delatum.

Humanitas Chr.i, quatenus est natura Verbi, est obj. quod adoratur; natura hum. sec. se spectata, non posset adorari cultu latriae qui soli divinitati convenit.

Conc. definitiones PPq declarationes in hoc conspirant:

1º Verbo incarnato non duplicem deferendam esse adorationem sec. duplicem ejus naturam, ut alia ad Deum, alia ad hominem referatur, inde enim

orietur distinctio hypostaseon.

2° non ita esse unam adorationem deferendam, ut obj. sit una tantum natura s. divina s. composita - haec enim esset Apollinistarum et Eutychianorum adoratio

3° unam adorationem Verbo deferendam esse cum sua carne, ita ut obj. sit etiam caro, quia aliquid est Verbi incarn. s. Chti, qui totus adoratur.

S. Damasc. Fid. Orth. III, 8

Objectio Apollinaristarum, quam postea Jens. moverunt: Naturam hum. si admittatur in Chto, adorari non posse, quia creatura est. Catholicos esse σαρκολάτρας, ἀνθρωπολάτρας. -

Resp. S. Athan.: O stulti, cur non consideratis, creato Domini corpori non deferri adorationem, quae debeatur creaturae? nam increati Verbi corpus factum est, et cujus corpus factum est, illi defertis adorationem. - c. Apoll. I. 6.

II. De obj. manifestationis.

Deus se manifestat in creaturis, quas tamen non adoramus, quippe quum extra Deum subsistant neq Deus sint. Deum autem sub respectu creatoris, qui nobis propior est, quam absoluta ejus excellentia, adoramus. At in Verbo incarn. caro assumpta non est aliquid extrinsecum, per se subsistens, sed natura verbi. - Sane pro obj. extrinseca, quatenus non identificatur cum natura div. est tamen intrinseca, quatenus non subsistit extra Verbum.

Erit igitur adorationis latreuticae, quam Verbi incarn. exhibemus, ratio form. ipsa divinitas, obj. materiale etiam humanitas, non tantum obj. materiale (partiale), sed obj. etiam, quo incarn. Verbum se nobis adorandum proponit.

Singula porro mysteria incarn. specialem habent rationem obj. manifestationis; sunt enim ipsius Verbi in hum. natura actiones quaedam vel passiones. Inde non solum humanitas ejusq partes, sed etiam desirabiles operationes sunt obj. manif. -

III. Sicuti singularia Incarn. mysteria, ita singulae quoq partes humanitatis, in quibus specialis ratio inest, cur considerentur ut obj. manif. Verbi incarnati eo quod essent instrumentum vel principium immediatum, quo Verbum incarn. operando et patiendo se manifestavit nostramq redemptionem

consummavit vel quod (29/)
tio, symbolum quoddam eorum [?]radiosa repraesenta-
nos et pro nobis sensit, egit, perti[?] incarn. erga
Manifestationes Verbi incarn. in opere redem,
revocantur ad vitam ac passionem exteriorem et a
vitam ac passionem interiorem, quae exteriorem quo-
dam modo informabat.

Hinc Ecclesia duo praesertim obj. manif. cultui fide-
lium proposuit: ss. vulnera et s. Cor Jesu, quae
duplicem vitam ac passionem veluti in compendio
repraesentant.

Contra cultum s. Cordis Jesu tum Jansenisani tum alii
impudenter surrexerunt. Eorum calumniis his respon-
detur:

1° Ss. Cor Jesu non adoratur neq divisum ab huma-
nitate neq praecisione facta ab unione hyp. sed
adoramus una adoratione personam Verbi incarnati
in q hac persona humanitatem totam ipsumq s.
Cor Jesu vivum, animatum, hyp. unitum - for-
maliter ut est cor personae div. incarn. obj. mani-
festationis -

2° Falsum est ab Ecclesia non esse approbatum cul-
tum ipsius realis et physici Cordis J. sed cordis
symbolici tantummodo.

Si enim Cor Jesu colitur ut symbolum amoris
Jesu, quo fieri pô, ut obj. cultus non sit cor
reale, physicum, quod ipsum repraesentat amorem?
Epp. Poloniae in petitione sua non de corde translatitie
~~metapho~~ sumpto) loquuntur, sed in propria et nativa significatione
accepto, videlicet ut pars est corporis Chti nobilissima."
Congr. porro declaravit, concessione Officii et Missae
se velle ampliare cultum jam institutum - scopum
autem illius cultus hunc dixit esse, ut symbolice
renovetur memoria illius div. amoris, quo unige-
nitus Dei F. hum. suscepit naturam etc. -
Pius VI in const. contra Pistor. -
ubi dicuntur fideles adorare „cor Jesu, Cor personae
Verbi, cui inseparabiliter unitum est, ad eum modum,
quo exsangue corpus Chti in triduo mortis sine se-
paratione a divinitate adorabile fuit in sepulchro."

Coroll. 1. Non est admittenda Suarez ... manitatem Chri-
stia, praeter adorationem latriae ... esse hyperduliae
praecisione facta a Verbo ... nam totam debetq talis
Cultus enim refertur ... quae dignitas.
esse qualem ea hum. Chri natura spectari gradus digni-
Potest per quam exigeret cultum hyperduliae, si
tatem subsisteret; quum tamen obj. integrum cultus
sit hyp: div. in utraq natura subsistens, idemq actus
latriae referatur ad totum, quod est hypostaseos, pro-
inde etiam ad naturam hum., hyperdulia esset honor
debito inferior includeretq eo ipso virtualiter honoris
negationem.
Simili fere modo habes in hum. Chri natura omnia
ornamenta, quibus homo per se subsistens constitueretur
filius Dei; quum tamen homo Christus sit naturalis
F. Dei, excluditur eo ipso inferior filiationis modus.
Coroll. 2. S. Thom. III qu. 25 aa. 1. 2: in Christo esse qui-
dem una hyp. quae adoratur cultu latriae, sed du-
plicem rationem adorationis, ut div. natura sit ratio
latriae, natura hum. ratio duliae. –
Non hoc dicit, esse duplicem rationem formalem,
ex qua determinetur propria species duplicis cultus,
sed distinguit obj. form. adorationis s. divinitatem
ab obj. manif. s. humanitate. Quae quidem humanitas
si per se subsisteret, haberet solam dignitatem duliae
sed quoniam facta est Verbi natura, non amplius est
obj. form. verum obj. manif. quod nos perducit ad
cultum latriae reddendum personae Verbi.
Talem esse sensum verborum istorum, inde liquet, quod
explicat eum Angelicus ex duplici ratione adorationis
in Deo ipso: nec hoc est inconveniens, quia ipsi
Deo P. debetur honor latriae propter deitatem et
honor duliae propter dominium, quo gubernat crea-
turam. Nemini porro umquam in mentem venit, Deum
spectatum ut Dom. universi, non adoratione latriae
sed inferiori duliae cultu honorandum esse.
Vult nimirum Angelicus, dominium esse obj. manif.
quod per se non sufficeret ad cultum latriae, sed
obj. form. propter quod latria debetur, esse divinitatem.

Sectio IV.
De Christo Mediatore

Cap. I

De propria ratione, secundum quam Deus-homo mediator est inter Deum et homines.

(Th. 46. 47.)

Praenotiones.

1.

Per peccatum violatur honor Deo debitus Deoq fit injuria, quae ex parte personae offensae quandam habet infinitatem, Deo vero nullum potest damnum inferre.

—

Deus habet essentiale jus, ut quaevis rationalis creatura ad eum se dirigat, tamquam ad suum principium supremum ultimumq finem.

Haec directio nihil aliud est nisi agnitio infinitae excellentiae Dei tum theoretica tum practica – hic est formalis honor Dei extrinsecus.

Libera a Deo aversione, negando illam excellentiae div. agnitionem, violatur jus quod habet Deus, ut omnis creatura ei subjaceat honoremq deferat, inde Deo injuria fit, quae generatim est libera laesio juris alterius, speciatim autem juris ad honorem.

Peccatum ergo Deo injuriam facit.

Jam gravitas injuriarum desumitur

1° formalis: ex dignitate personae laesae vel ex distantia inter laedentem laesumq

2° materialis: ex atrocitate facti illati

Ex priori ratione quodvis peccatum mortale est in ordine supremae injuriae, habet quandam infinitatem, (S. Thom.) ex altera ratione diversa possunt genera esse peccatorum.

Eadem infinita excellentia Dei, quae gravitatem injuriae fere infinitam facit, causa est, cur nullum ex peccato damnum in Deum redundet, quamvis maximum oriatur creaturae peccatrici.

Bona omnia vel intrinseca sunt vel extrinseca.

Bonum intrinsecum entis rationalis ea sunt, quae constituunt ejus esse vel melius esse; extrinsecum, quod cum intrinseco aliquem nexum habet, et in illo ac propter illud amatur, non tamen pertinet ad esse vel melius esse illius, cujus bonum dicitur.

In creaturis semper a bono extr. pendet aliquod bonum intrin. verum vel apparens; in solo Deo bonum intr. non pendet a bono extr.

Gloria Dei intrinseca i.e. ejus infinitae excellentiae infinitaeq perfectionis infinita comprehensio

est bonum Dei intr. q. e. beatitudo absoluta, cui nihil accedere pō.
Gloria Dei extr. i. e. illius excellentiae agnitio amorq per creaturas rationales est bonum Dei extr. quo multiplicato non augetur, quo sublato non minuitur bonum intr. Dei. Illud tamen cum hoc nexum est, atq illud in hoc et propter hoc Deus ipse vult amatq

2.

Peccatum est culpa creaturae rebellis, hominis lapsi: cum culpa nectitur reatus poenae, privatio et indignitas gratiae, servitus

---

Culpa actualis est libera aversio a Dēo violatioq juris divini, qui status si perseverat, fit culpa habitualis. Culpam actualem consequitur privatio gratiae adoptionis, quae privatio permanens una cum culpa actuali est ipse ille status aversionis a Dēo..
Ex culpa sequitur obligatio ad subeundam poenam, quae proxime nexa cum aversione a Dēo est ipsa subtractio donorum sanctificantium tum privatio fruitionis Dēi et jactura ultimi finis, cum amissione cujus conjungitur cumulus malorum.
Hic status peccatoris in Script: vocatur servitus; est autem servitus illa sub peccato, sub concupiscentia et ignorantia, sub aerumnis et poenis - verbo uno ut dicam, servitus sub diabolo.
Hinc in hum. genere tria sunt consideranda:
1° debitum reparandi honorem laesum et reatus ad subeundam poenam;
2° indigentia et indignitas non solum neg. sed priv. ad recuperandam gratiam - s. impotentia ad vitam aeternam consequendam
3° servitus quae a prioribus, si in concreto spectantur, non differt nisi modo considerandi.

3.

His malis reparandis respondent: satisfactio, meritum, redemptio.

Si supponimus, quod sanctitas et justitia div. plenam poscebat injuriae reparationem, quod nolebat gratis indignis restituere possibilitatem salutis aeternae, quod nolebat hominem eruere e servitute diaboli, nisi praetio persoluto adaequato, debemus pro hac

hypothesi admittere, requiri satisfactionem, meritum, pretium redemptionis infiniti valoris.

Satisfactio ~~subjective~~: compensatio honoris laesi, injuriae illatae, exaequatio poenae debitae

objective: ipsum opus, obsequium, quo compensatur injuria et exaequatur poena; directe praestatur illi, cujus honor laesus est, cedit autem in bonum rei.

Meritum est opere comparata dignitas ad remunerationem. Ille qui meretur, dignum se reddit, cui vel ipsi vel cujus respectu aliis bona retribuantur, quae merenti erunt praemium, aliis vero gratiae

Nota improprie quamvis dignitatem ad bonum conferendum posse meritum appellari.

Redemptio est restitutio ex servitute in libertatem amissam pretio soluto. Proprie de rebus dicitur, quae venditae fuere, postea ad pristinum dominum redeunt. Si de servis adhibetur, significat vel servum pristinae libertati, qua gaudebat, restitui, vel in potestatem pristini domini reverti.

Quando vero sermo est de servitute peccati, liquet redemptionem non adhiberi, nisi metaphorice, quippe quum pretium non solvatur diabolo, cujus sub potestate peccator versatur, sed satisfit laeso juri dei. meritum autem aequivalet gratiae bonisq supernaturalibus recuperandis – ita ut hoc sensu redemptio sit restitutio in pristinam libertatem filiorum Dei.

4.

Valor moralis in satisfactione et merito proportionem servat cum dignitate personae satisfacientis et merentis atq cum dignitate rei oblatae. Ex personae reiq oblatae infinita dignitate valor satisfactionis meritiq est in ordine morali infinitus.

Valor satisfactionis et meriti ex dignitate personae derivatur, quae satisfactionem exhibet et meretur. Inde satisfactio a persona creata exhibita, semper erit ~~inferior~~ ~~compensanda~~ injuria, quae illata fuit Deo inf.

Contra qualibet honoris exhibitio a persona inf. ad compensandas injurias oblata valoris est simpliciter infiniti. Valor operis non est aliquid phys. infinitum, sed infinitum morale

In satisfactione et merito formaliter valor derivatur ex dignitate personae; considerandus est tamen etiam valor rei quae offertur.
In Cto res oblata est inf. valoris. Ipse Filius Dei propitiatio est pro peccatis nostris.

5.

Incarnatio erat necessaria, non absolute, sed in hypothesi, quod div. justitia satisfactionem postularet adaequatam, et ad manifestandam sicut justitiam ita misericordiam ac sapientiam in modo reconciliationis perfectissimo.

—

6.

Distinguendus est valor operis in actu primo, quatenus est intrinseca operis dignitas, et valor ad satisfaciendum ac merendum in actu sec. quatenus supposita dignitate intrinseca opus (acceptatur), actu ordinatur ad compensationem vel remunerationem. In omnibus operibus Cti dignitas inest infinita, non tamen per quodcunque sed per mortem in cruce satisfactio et meritum ad redemptionem consummata sunt

—

7.

Per satisfactionem meritumque Red. restauratur genus hum. ad ordinem supernaturalem gratiae et gloriae, qui effectus satisfactionis ac meriti ex voluntate antecedente Cti hominis offerentis Deique acceptantis sunt universales pro omnibus hominibus, sed ex voluntate consequente absoluta Cti Deique sunt effectus in actu sec. particulares pro electis, adeoque merita sunt oblata et acceptata pro omnibus quoad sufficientiam non pro omnibus quoad efficaciam totius effectus antecedenter intenti. —

8.

Satisfactio meritumque Red. ut causa prima non excludit, immo sibi subjuncta postulat, tamquam causam sec. merita satisfactionesque nostras, quae nituntur meritis Cti. —

Th. 46.

Deus-homo inter Deum et homines est mediator naturalis, moralis autem per satisfactionem infiniti valoris.

—

I. Mediator (μεσίτης) est medius inter duos pluresve, quos conjuncturus est vel conciliaturos.
„Mediator enim unius non est" Gal. iii, 20.
Mediator non est intelligendus sensu gnostico vel ariano, tamquam tertiae cujusdam esset naturae, intermediae inter Deum hominesq.
Apud SS PP porro duplex invenitur ratio mediatoris inter Deum hominesq, quae potius una est ratio in duplici momento.
Mediator debet cum ambobus, quos inter medius est, aliquid commune habere. Haec conjunctio eum constituit medium ontologice simulq aptitudinem praestat, ut sit mediator in ordine morali.
Porro in ordine ontologico potest mediator esse vel per gratiam tantummodo, non per naturam, ut Moyses, ut Beati,
vel per naturam, quod fieri nequit nisi sit et verus Deus verusq homo. Tum ex naturali mediatione in ordine ontol. erit ei mediatio moralis in actu primo, sc. aptitudinem, insitor et naturalis. Proinde munus moralis mediatoris in actu sec. consequitur ex ipso fine incarn. erq est connaturale.
S. Aug. serm. 47 n. 20. Mediator Dei et hominum, quia Deus cum Patre, quia homo cum hominibus. Non mediator homo praeter deitatem, non mediator Deus praeter humanitatem. —

Aliam inferiorem rationem mediationis ontol. Aug. ex eo ducit, quod Christus simul et comprehensor fuit et viator, horq alterum transcendit.

Ad objectionem, quod Christus si esset mediator, mediaret inter se ipsum et homines respondetur ex principiis statutis de una persona in duplici natura et operatione

II. Finis incarnationis s. mediationis in ordin. ontol. est reconciliatio hominum cum Deo, s. mediatio mor.
„Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi" 2 Cor. V. 19.
Haec moralis mediatio, si debet esse ad normam justitiae, pendeat necesse est a mediatione naturali in ord. ontol.

Th. 47.

De satisfactione Christi pro nobis praestita sec. rigorem justitiae.

Sociniani: Christum nullam pro hum. genere satisfactionem praestitisse; ejus vitam passionemque esse merum exemplum virtutis fortitudinisque nobis exhibitum

Günth. aliqui: dolores passionemque Christi non habere rationem satisfactionis pro peccatis nostris; redemptionem revocari ad obedientiam, qua Christus exaequaverit inobedientiam gen. hum.

Cath. aliqui: Christum utique praestitisse veram satisfactionem infin. valoris, rigorosam tamen justitiam in merito satisfactioneque non posse coram Deo locum habere, sic uni –
vel in satisfactione Christi deesse conditiones aliquas, quominus satisfactio sec. strictam justitiam habeatur – sic alii.

I. Christus homo non est punitus (contra justitiam), si nomen poenae sumitur sensu formali, proprio (i. q. malum inflictum reo in vindictam culpae) quia non suscepit in se formaliter peccata nostra. Deus non intulit Christo mortem in poenam, sed ei voluntatem inspiravit se ipsum offerendi hancque oblationem (quae propter infinitatem suam ample sufficiebat) ratam habuit inque satisfactionem accepit, scelusque permisit.
Christus non intulit sibi mortem, sed supposita iniqua actione inimicorum passionem mortemque voluntarie suscepit Patrique obtulit.

Passio et mors Christi, materialiter spectatae, non habent rationem meriti, haec enim inest in voluntaria oblatione. –

II. Qu: utrum in satisfactione Christi (de merito idem semper tenendum est) servata sit perfecta, rigorosa justitia. Seposita satisfactione congrua ipsa illa condigna duplex esse pot., vel simpliciter condigna vel sec. perfectam rigorosamque justitiam.
Satisfactio est de condigno, non autem ex rigore justitiae, si in ejus acceptatione aliqua liberalitas intercedit.
Postulatur quidem semper, ut sit proportio moralis inter valorem operis exhibiti et mercedem s. compensationem reatus, sed quia possunt varii esse gradus,

rigori justitiae satisfit, si opus acceptetur ad gradum infimum; si vero acceptetur ad gradum superiorem, licet salva proportione, erit opus condignum quidem, plus tamen ei retribuitur, quam justitiae rigor postulat. Pariter, si opus totum fundatur in gratia gratuita et opus ipsum est gratia merenti, liberalitas maxima intervenit, ut opus factum ex gratia et per gratiam posit quidem esse in se condignum, propter intrinsecam excellentiam, multum tamen desit ad rationem merae rigorosaeq justitiae.

Jam 1° qu: utrum inter Deum hominemq merentem posit intercedere justitiae titulus?

Negant multi, idq et universim et de Red: dicunt q:

a) Tit. justitiae crearet in Deo debitum erga creaturam, in creatura jus erga Deum, quod non posit sine imperfectione in Deo admitti.

b) Dominus et servus, pater et filius unam constituunt jurid. personam, at justitia esse non pō nisi inter divers. personas, ergo filius non habet jus erga patrem neq. servus erga dominum.

Resp. ad a) Obligatio intelligitur dupliciter, vel aliquis subest legi sibi superiori vel ejus intrinseca perfectio actionem aliquam postulat. Deus non subest legi superiori, quoniam tamen essentia ejus est rectitudinis omnis norma, exigitur ab eadem essentia aliqua actio etiam ad extra, sed sub hypothesi, non absolute. (Si vult creat, necessario omnia creat ad gloriam suam manifestandam, si vult revelare aliquid, necessario vera loquitur, si promittit necessario promissa praestat et sic porro) Inde dicitur: Deus sibi debet, non creaturae, ut merita remuneretur; actio enim nostra (in actu sec.) non habet rationem meriti, nisi praesupposita div. ordinatione.

Jus igitur ad remunerationem est dignitas ad remunerationem, quatenus nefas est ejus impedire consecutionem. Homines obligantur ad non negandum praemium ex lege superiori, hoc modo jus nobis est ad solas creaturas; Deus ex intrinseca perfectione sua non pō praemium negare - hoc modo creatura habet jus ad remunerationem, cui in Deo non respondet obligatio ex lege superiori sed exigentia intrinsecae infinitae justitiae. -

Th. 47 (seq)

Resp. ad b) Tum sec. legem naturalem tum christianam servus prae domino, filius prae patri aliqua saltem jura habent – nisi excipias bona extrinseca, accidentalia. Creatura rationalis profecto tota a Deo pendet, tum in ordine nat. tum supernat. est tamen et natura et persona a Deo diversa, gaudetq libertate phys. dominioq suarum actionum. Inde malis actibus poenam, bonis mercedem, etiam de condigno meretur.

Vera igitur justitia intercedit inter Deum et creaturam, (eumq qui) remuneratur eumq qui meretur praemium, dummodo secludantur imperfectiones, quae inhaerent subjectis creatis, quoties inque remuneratoris munere funguntur. –

2° oriuntur aliae difficultates circa varias conditiones, quae videntur defuisse satisfactioni Chti. Principalis, quae est libertas a necessitate, jam superius explanata est. Itaque

a) Satisfactio universim spectata videtur exigere, ut persona, cui satisfit, distincta sit ab illa, quae satisfacit. Atqui dicendus esset Chtus sibi ipsi satisfecisse, ergo –

b) Satisfactio spectata sec. rigorem justitiae videtur exigere, ut

α) satisfactio praestetur ex bonis propriis;

β) ex iis, quae non aliunde alioq nomine sint debita;

γ) ille qui satisfacit, satisfaciat pro se ipso, non pro alienis.

Resp. ad a) Inter eum, cui satisfactio exhibetur eumq qui satisfacit debet esse distinctio sec. naturam, quia alia est natura, cujus excellentia postulat satisfactionem, alia cujus opere exhibetur.

Principium enim, quo persona est subj. juris, est natura rationalis libera; eadem natura ration. lib. est principium, quo satisfactio praestatur.

Distinctio phys. personae ad satisfactionem nec sufficit nec requiritur, postulatur distinctio personae moralis fundata in diversitate naturae.

Satisfactio non fit Patri, sed Deo uno et trino, quamquam Chtus per appropriationem eam ad P. solum referat – errant igitur, qui veram rationem satisfactionis

ponunt in eo, quod F. satisfecit Patri, quatenus est persona ab eo distincta.

Distinctio personae physicae non requiritur nisi eatenus, quatenus requiritur distinctio dominiorum et jurium, fundata in distinctione naturae. Atqui Ctus duplex habet dominium actuum sec. duplicem naturam.

Denique persona quae est subj. jur. habetque dominium actuum suorum, dici pot. persona mor. - atqui in una persona phys. habente duas naturas duasque voluntates, pot. distingui duplex persona moralis ut re vera PP loquuntur agentes de satisf. Cti. - Nestor: ex adverso asserebant duas hypostases, unam personam moralem.

Resp: ad 6, α Seponimus compensationem damni, de qua hic non est sermo. Ad compensationem honoris requiritur solum, ut actus satisfactorii sint actus proprii personae satisf: quod sane in Cto negari non pot.

~~Resp. ad 6, β~~ Profecto virtus ac facultas satisfaciendi non debent esse gratia facta personae satisfacienti ab eo, cui satisfactio debetur, saltem non ita, ut gratia et liberalitas indebita interveniat in actu satisf. Haec indebita gratia locum habet in nostris operibus bonis, quamobrem nunquam, quamvis condigna, sunt ad rigorem justitiae.

Sed in Cto is qui meretur, non est natura hum. per se subsistens, sed ipsum Verbum, quamvis meretur functionibus hum. naturae. Verbo autem per unionem nat. hum. nulla gratia facta est quae tota est ex parte naturae hum.

Resp. ad 6, β. Objicitur, omnia Cti hominis bona opera Deo debita fuisse ex variis titulis.
At vero in operibus Cti: variis illis titulis minuitur dignitas ad remunerationem. Pot unum numero opus satisfacere variis debiti titulis - in Cti autem operibus valor erat infinitus, ergo satisfaciebat omnibus titulis.

In actu primo valor infinitus operum Cti respondet compensationi injuriae - in actu sec. ad praemium postulatur acceptatio operis, quae non imminuit rigorem justitiae, sed est ex ipsa natura meriti. Liberalitas Dei in acceptatione meritorum Cti est ergo ÷

÷ redemptos, ergo Red. servatur tota justitiae severitas.

Resp. ad 6, γ Ut satisfactio non fiat pro alienis, non requiritur, nisi quatenus is, qui se aliis substituit ad satisfaciendum, hac substitutione acceptata, fit juridice ac moraliter aliquid unum cum iis, pro quibus satisfacit. Ctus naturali praeterea vinculo nos redemptos habet, non ut alienos, sed ut suos „sumus enim membra corporis ejus, de carne ejus et de ossibus ejus" Eph. V. 30

Genus hum. quatenus comprehendit Ctum Red. ut caput suum juridicum, satisfecit Deo adaequata justitia; non tamen singula generis membra contradistincta a Cto capite - quamvis pro singulis oblata sit satisfactio adaequata. -

Sectio IV

De Christo Mediatore

Cap. II

De Christi Mediatoris sacerdotio et sacrificio in cruce.
(Th. 48 – 51)

Excerpta Fr.

Th. 48.

De veritate sacrificii in cruce et speciatim de veritate sacerdotii Christi mediatoris.

I. Reconciliatio intimaq mediatoris ratio completa est per Christum in cruce.

Jam dicendus est Christus se ipsum obtulisse in sacrificium verum, non metaph. dictam redemptionemq consummatam fuisse sacrificio.

1° Vera et propria sacrificia V. T. hanc habebant significationem supremam, ut mediatoris cruentam oblationem prae se ferreat. Atqui illa sub formali ratione sacrificiorum typi erant ac figurae, non potest ergo antitypus non intelligi verum licet altioris ordinis sacrificium.

2° In Scr. mors Christi exhibetur ut sacrificium sponte a Christo oblatum, ita conjunctum cum sacrificiis victimisq V. T. ut non possit intelligi nisi verum ac proprium sacrificium.

„sicut ovis ad occisionem ducetur" Is.

„Pascha nostrum immolatus est Christus" 1 Cor. V. 7.

3° Christus est agnus ferens peccata mundi; agnus immolatus, cujus sanguine expiati ac redempti sumus.

4° Christus in ultima coena, in oratione sacerdotali „pro eis ego sanctifico me ipsum"

Haec denique fides fuit constans universa totius Eccl. inde ab Apost. temporibus. doctrinaq de oblatione sacrificii in cruce non adducebatur in controversiam neq cum Arianis neq Nestor: tantummodo propria ratio sacerdotii et sacrificii declarabatur, Arianis tribuentibus ea Christo sec. naturam praeexistentem, sublimiorem, Nest: homini per se subsistenti. –

II. Ex veritate sacrificii, non ab alio sed ab Christo oblata, infertur Christi sacerdotalis dignitas ordinis eminentis, sunt enim correlata.

Potest etiam ex veritate sacerdotii confirmari veritas sacrificii, de qua re D. Paul. integrum nobis reliquit tractatum in ep. ad Hebr. IV. 14 – X, 29.

Eum hic sequamur:

1° Essentia propriaq ratio sacerdotii posita est in munere offerendi sacrificium, ut per sacrificii oblationem

mediator sit inter Deum hominesq.

„omnis namq Pontif. ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis". Hebr. V. 1.

2° Ctus constitutus a Deo fuit sacerdos, non ordinis Levitici, sed longe sublimioris. Quae excellentia inde patet:

a) Melchisedech, utpote figura sacerdotii Cti, benedixit Abrahae et in eo sacerdotibus Leviticis, originem suam ab Abraham ducturis. Abraham pro eis decimas persolvit ita ut prae Melchisedech sacerdotium Leviticum sit status plebis. Quanto magis eminere credendum est sacerdotium Cti, a quo ut ab antitypo tota dignitas in sacerdotium Melchisedech derivabatur.

b) ex duplici ratione intrinseca: aeternitate sc. et efficacia sacerdotii Cti, sacerdotium autem Aaronicum erat temporarium et inefficax ad expianda peccata. —

Nimirum Melchisedech, sacerdos unicus in genere suo, sine decessore et successore, praesignat Ctum quievit sacerdotem in aeternum.

Sacerdotes Aaronici singuli erant mortales. Antiquum sacerdotium ob imperfectionem suam non poterat conscientias expiare neq sanctificare.

Decimatio in lumbis Abrahae et benedictio a Melchisedech impertita, utpote a typo Cti, demonstrant virtutem expiatricem inhaerere sacerdotio Cti. —

c) sicut sacerdotium Leviticum imperfectum erat et transiens, Cti autem perfectum et perpetuum, ita se invicem habent duo Testamenta

„Si consummatio per sacerdotium Leviticum erat... quid adhuc necessarium fuit sec. ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem et non sec. ordinem Aaron dici? Translato sacerdotio necesse est ut et legis translatio fiat.... reprobatio quidem fit praecedentis mandati propter infirmitatem ejus et inutilitatem; nihil enim ad perfectum adduxit lex; introductio vero melioris spei, per quam proximamus ad Deum".

d/ Comparatur sacerdotium J. Chr. cum sacerdotibus Leviticis. Illi multi erant sacerdotes ministri Veteris Legis, ipse unus est in suo ordine sacerdos, novi initiator Testamenti, non solum appellatus sed institutus, idq. non simpliciter, sed cum juramento –

"et quantum est non sine jurando? alii quidem sine jure jurando sacerdotes facti sunt, hic autem cum jurejurando per eum, qui dixit ad illum: juravit Dominus etc" Hebr. VII.

3° Ex praedictis consequitur unum J. Chr. verum obtulisse sacrificium, quod praestabat longe omnibus victimis V. T. Oportet enim sacrificium respondere sacerdotio. Cultus V. T. typicus erat et typica ejus sacrificia, quae adumbrabant modo imperfecto oeconomiam coelestem. Ideo sacrificium a Christo offerendum, respondens non veteri et terrenae, sed novae et coelesti oeconomiae, debet esse longe sublimioris ordinis.

"Sanctorum minister et tabernaculi veri (non typ.) quod fixit Dominus et non homo. Omnis enim Pontif. ad offerendum munera et hostias constituitur, unde necesse est et hunc habere aliquid, quod afferat. Si ergo esset super terram (i.e. sacerdos terrenus sec. ordin. V. T.) nec esset sacerdos, cum essent, qui offerrent sec. legem munera, qui exemplari (i.e. typo) et umbrae deserviunt coelestium... Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto et melioris Testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est... Hebr. VIII

4° Jam melior victima illa, quam obtulit J. Chr, non alia est, nisi ipse. J. Chr. victima simul et sacerdos est. – Hebr. IX. X.

Tabernaculum Aaronicum, templi forma, sacrificiorum ritus in T. V. habent rationem oeconomiae typicae, in se inefficacis.

Sacrificia offerebantur continuo in exteriori parte tabernaculi, aditus tamen in Sancta Sanctorum non patebat nisi Summo Pontif. idque semel in anno. Inde liquet, per illa sacrificia et per caeremonias V. T. non potuisse aperiri viam in coelum et in vera Sancta Sanct. per terrenum tabernaculum significata (Hebr. IX, 9)

Quae inefficacia sacrificiorum inde quoque patet, quod eadem semper specie sacrificia offerrentur, manente tamen conscientia

peccata non esse expiata.
Sacrificia illa non ita se habent ad modum, ut posteriora sint applicatio satisfactionis praestitae per unum pluravę antecedentia sacrificia, sed omnia ejusdem sunt rationis in singulis repetitis, offertur autem semper alia et alia numero victima, commemoratio eadem fit peccatorum nondum expiatorum, quod non posset fieri, si inesset in eis virtus expiatoria. Hebr. X. 1-3. 11.
Ratio inefficaciae ejusmodi sacrificiorum intrinseca est: „impossibile enim est sanguine taurorum et hircorum auferri peccata" X, 4.
Obtinetur tamen expiatio legalis –
Inde sacrificia illa rationem typi habent, praemonstrantis aliud nobilius sacrificium
a) ipsa mundatio (legalis) typus erat alius verae sanctificationis obtinendae per sacrif. sublimius.
b) Testamentum V. quod conferebat Israelitis hereditatem temporalem (qui erat typus haereditatis aeternae) confirmabatur morte typica animalium quae erat figura praemonstrans mortem testatoris novi T. IX. 15-20.
c) Tabernaculum aliaq pertinentia ad cultum Mosaicum consecrabantur sanguine sacrifi. quum autem prae se ferrent in typo novam coelestem oeconomiam, hanc quoq oportebat sacrificio cruento initiari, consecrari. IX. 21-23.

Sacrificium autem illud novum, efficax, praefiguratum, quo consecratur N. Testam. expiantur peccata, exhibetur simul semel plene satisfactio, est unum cruentum sacrificium quo Dei F. J. Chr. Pontif. N. T. se ipsum in cruce obtulit et sanguine suo intravit non in typica, sed vera, coelestia Sanct. Sanct. IX. 11. 12 24 sq. X. 12-14. 18-22. Cf. VII. 27.
Satisfactio perfecta, meritum consummatum per unum illud sacrif. sunt, ita ut omnis peccatorum remissio, gratia, sanctificatio ex virtute sit illius sanguinis nec aliud sacrif. expectandum: Illis qui illo abutuntur vel non utuntur, non remanet nisi „terribilis quaedam expectatio judicii." – X, 18. 26-27.
Excluditur sic aliud sacrificium, quo meritum Chti incrementum capiat; non excluditur, quo meritum ad nos perveniat nobisq applicetur.

Th. 48 (seqq.)

III. Chtus in ipsa incarnatione fuit sacerdos institutus. Filius D. ante incarnationem non potuit sacerdos esse, quia sec. div. natur. non offert, sed suscipit sacrificium; sec. autem hum. natur. non aliqua alia consecratione sacerdos est, sed eo solum, quod F. Dei homo factus munus suscipit suum div. q. voluntate destinatur ad se ipsum in crucis ara offerendum. Haec autem muneris susceptio actu facta est, quam primum homo fuit - redemptio enim alium finem non habuit.

Haec doctrina aperte in Scrip. declaratur - Hebr. X. 5-10. Ibidem expresse docetur, Chtum eo ipso quo factus est homo-Deus, esse Pontif. - i.e. per solam unionem hyp. quia quae primum pertinebant ad hominem F. verba illa: Filius meus es tu, ego hodie genui te", non aliter haec quoq referenda videntur: tu es sacerdos in aeternum etc. Hebr. V. 5-6.

Distinguenda est realis initiatio a manifestatione s. publica functione sacerdotii. Si ergo PP. alicubi docent, Chtum in baptismate fuisse sacerdotem initiatum, aperte de manifestatione sacerdotii loquuntur.

Th. 49.

De substitutione symbolica in sacrificiis V. T. et de substitutione reali Chti, ut victimae pro genere hum. lapso ad satisfactionem ac redemptionem per sacrificium crucis. —

—

I. Cultus Dei essentialiter consistit in agnitione tum absolutae excellentiae Dei ejusq supremi dominii tum absolutae dependentiae, qua omnia ab eo pendent, ut sint vel non sint. Inde adorationis humilis affectus, includens laudes, gratiarum actiones, petitiones — quos animi affectus in homine lapso concomitatur conscientia proprii reatus, qua se dignum scit morte.

Cultum internum oportet cultu externo manifestari. Potest autem homo, res sub dominio suo constitutas suoq usui concessas sibi ipsi substituere earumq destructione, maxime si animalia sint tum dependentiam suam a Deo tum reatum mortis signo externo manifestare. Nimirum non est inconveniens, ut res quae ad hominem pertinet, ejusq quasi pars quaedam est, ipsum repraesentet.

Cultus hic peculiaris, qui nemini nisi Deo reddi pot, peculiari nomine sacrificii designatur, quae vox si ad alias species cultus transfertur, metaphoricum habet sensum.

Duplex igitur in sacrificio inest significatio:

a) immediata et moralis i. e. manifestatio cultus supremi interni — hoc sensu dicitur etiam signum, cultus autem internus, prout res significata, dicitur verum sacrificium (in opp. ad signum, non ad metaph.)

b) theologica infinitae excellentiae et supremi dominii Dei, proinde nostrae absolutae dependentiae nostriq reatus.

Utraq signif. inest in victimis irrationalibus per modum substitutionis symbolicae vice ipsorum hominum. Requiritur autem:

1° aptitudo in re offerenda et in modo offerendi

2° institutio publica (signa enim non sunt naturalia)

3° ministerium legitimi sacerdotii

Possunt etiam in N. T. esse oblationes, per se, in actu primo, aptae ad rationem sacrificii, nec et tamen non est nisi unum sacrif.

Sacrificii def: Oblatio Deo facta per realem vel moraliter aequivalentem destructionem, legitime instituta ad protestationem supremae majestatis ac dominii Dei

in vitam mortemq atq ad manifestandam internam agnitionem absolutae dependentiae omnium a Deo simulq reatus hominis lapsi.

Sub ~~priori~~ ratione sacrificium dicitur in Scr. simpliciter adoratio, sub altera: sacrif. pro peccato vel peccatum. –

Sacrificia omnia antiqua fuerunt symbolicae substitutiones pro ipso homine ad sensibilem manifestationem atq expressionem agnitionis dependentiae absolutae reatusq lapsorum hominum.

Abraham pro filio obtulit arietem.

Duorum hircorum alter quotannis immolatur, alter pellitur in desertum, onustus peccatis filiorum Israel.

In omnibus sacrificiis veteribus inest conscientia peccati reatusq ad mortem, quae aptissime exprimuntur effusione sanguinis.

II. Substitutio symbol. creatorum sacrif. pro peccatore typus erat alius realis substitutionis, qua Dei F. homo factus se ipsum pro genere hum. substituit

III Haec substitutio realis, non symbolica, est proprietas intima mysterii redemptionis. Huc pertinet

1° ratio capitis repraesentantis secundiq Adam

2° homo pro hominibus exstitit mediator

3° in Cto mediatore positae sunt iniquitates omnium nostrum; ipse factus est maledictum peccatumq pro nobis – pretium solutionis ac redemptionis. –

Excerpta Frzl.

Th. 50.

De modo, quo Ctus sec. hum. naturam sit sacerdos offerens et victima oblata, idem ipse, cui sec. div. naturam offertur sacrificium.

—

I. Constat ex antecedentibus, Ctum esse mediatorem naturalem inter Deum hominesq, verum sacerdotem incarnatione ipsa destinatum ad offerendum se ipsum in sacrificium. Qu. de modo.

Nestoriani Sociniani asserebant homini Cto sacerdotium, dicentes Verbum nullo modo esse sacerdotem. Contra Ariani, Apollin. Eutych. docebant Ctum esse mediatorem, sacerdotem, victimamq sec. naturam suam, quam divinam appellabant, naturam. Inter Protestantes sectatores Stancari mediationem sacerdotiumq tribuebant hum. per se spectatae naturae, nullis Deo Verbo partibus relictis in opere perficiendo. Calvinisani et Zvingliani contendebant, Ctum etiam sec. div. naturam functum esse et sacerdotio et mediatione, sacrificium tamen s. victimam oblatam esse naturam hum. per se spectatam. Quae omnia absurditatibus sunt referta.

—

Distingui oportet mediationem naturalem in ordine ontologico a functione mediationis moralis. Priori sensu Ctus mediator est Deum inter hominesq, quatenus eadem hyp: et verus Deus est verusq homo. In functione autem mediationis et sacerdotii, is qui mediationem adimplet et sacerdotio fungitur, est Deus Verbum (princ. quod); non pō autem fungi neq mediatione nec sacerdotio sec. naturam div. sed humanam. Principium igitur quo actuum satisfactoriorum est natura hum., eorum valor infinitus est ab hyp. div.

"Si dixeris, non esse Deo dignum sacerdotio fungi, consentio et ego, at tum solum recte diceres, si Verbum tantummodo et absq. carne esset; quando autem homo factum est, considera jam sacerdotio fungi ratione humanitatis et in dignitatibus super creaturam esse ut Deum"

Idem de victima sentiendum est. Oblatus est in sacrificium hic homo J. Chr. i.e. div. persona sub formali ratione humanitatis, non autem natura hum. licet sit ratio formalis et principium quo oblationis.

„Crucifixus est Dom. gloriae, auctor vitae –
„Deus acquisivit Ecclesiam sanguine suo"

Humana natura est ratio sec. quam Chr. est victima, div. persona est ratio, ex qua infinitus est valor victimae.

PP. loquuntur nonnunquam de mediatione Verbi spectati sec. ipsam div. naturam – tum

Frzl. Trin. XI.

vel sacerdotium improprie dictum appellant mediationem illam, qua Verbum procedens a P. est revelator Patris etiam in V.T.

vel respiciunt personam sacerdotis, quae ab aeterno est – ut contra Paul. Samos. dixere:

Christum qui Chr. est, aeternum esse –

II. Actio sacrifica, quae in sacrificio constituendo, se habet ad victimam, ut forma ad materiam, non pôt esse nisi sacerdotis.

Non autem posita est in destructione s. occisione, quae in sacrificiis V.T. etiam a privatis fieri poterat, dummodo non deesset visibile ministerium sacerdotis, haec autem oblatio est.

Mactatio igitur potius ad materiam pertinet estq victimae proxima dispositio.

Unde sacerdotalis Chri actio in cruce erat oblatio sui ipsius, non solum intentione interna nec visibili, sed prodeunte in actum externum, manifestante se in voluntaria mortis admissione, quam non admittere erat in potestate Chri, spectati etiam ut homo est et sacerdos.

Discrimen maximum inter modum oblationis martyrum et Chri. Martyres neq victimae neq sacerdotes erant instituti a Deo ad se ipsos offerendos, quod utrumq in Chro obtinet

III. Distinctio inter Deum accipientem, sacerdotem offerentem, victimam oblatam, consequitur ex unitate personae in dupl. natura – ita ut unus idemq sec. diversas rationes haec omnia simul sit. Unus unitate hyp. accipiens, offerens, oblatus; sec. aliam naturam accipiens, sec. aliam offerens et oblatus, hocq altemu dupliciter: sec. aliam rationem offerens, sec. aliam oblatus (sec. actionem et passionem cum distinc. rationis)